




CA





73

X S. A. Lt. 2. Cop. 2



Ine  
87

(1)  
T: 877369  
C: 1000198250

(2)  
T: 877394  
C: 1000198348



EX BIBLIOTHECA.  
S.S. HISPAN. JNE.  
Ludovici Ant. Jac.  
BORBONII.



IOANNES BRITANNICVS BRIXIANVS SENATVI POPVLOQVE  
BRIXIANO SALVTEM



Vm multa & uaria in rebus humanis sint: in quibus hominum genera exerceri solent: quippe cum alii  
 arma sequantur: alii agricolationi intenti sint: alii struendis opibus inhæreant: & alii alia id genus opera  
 complectantur: quæ omnia cum aliqua ex parte per se clara: & laude digna esse possint: Meum tamen  
 semper fuit iudicium litterarum studia ea esse: quæ omnibus sine controuersia præferantur. Nam quid homini  
 magis expetendum sit: quam ut uitam suam optimarum artium studiis excolat: ea enim profecto sunt: quibus ad  
 religionem: & ad uerum dei cultum ceterasque uirtutes formamur. Litteris omnia egregia & præclara debent  
 opera. Quis enim nos a barbaria uindicauit: litteræ. Quis regum cælestium & humanarum simul cognitionem  
 ad nos transmisit: litteræ. Quis docuit nos quæ Scipio in Africa: quæ Metellus in Numidia: & alii in aliis præ  
 clari Imperatores locis gessere: litteræ. Nam maiorum nostrorum illustria opera in tenebris iacerent: nisi littera  
 rum lumen accenderet: Plato enim: Pythagoras: Zeno: Socrates: & alii per modum innumerabiles Philosophi  
 nisi litterarum monumenta extitissent: nec ii fuissent quales nunc nominantur: nec eorum nomina ad nos tran  
 siuissent. Nullum quidem puto maius ab immortalis deo hominibus dari potuisse donum. In humanis scimus  
 opes: Diuitias: Dignitates: Honores: Dominatus: Imperia: & huiusmodi omnia: quæ cunctis fere mortalibus  
 exoptari solent: multa in se habere comoda & ad hominis nomen famamque augendam multum ualere. Sed quis  
 affirmet ab iis ea nobis præstari: quæ litteræ largiuntur? Nam illa bona quidem sunt: sed quæ paruo temporis cur  
 riculo euanescent. Nec iis ea uirtus est: ut ultra fere hominis ætatem alicuius memoriæ extendant. Immo  
 enim ubi qui ea possedit naturam concessit: eius sæpe nomen & fama eodem obruitur tumultu quo corpus tegi  
 tur. At litteræ non modo nobiscum non intereunt: nec circumscripto temporis spatio nomen nostrum terminant  
 sed quod nemini diffidendum est: ita nos morientes posteritati commendant: ut fama nostra eternitatem conse  
 quatur: & eo circumferatur splendore: qui nec annorum multitudine obscurari potest: nec ulla alia tempo  
 rum iniuria extinguatur. Adde quod ex litteris delectatio petitur iucundissima. Nam cum ceteris rebus Neque omnis  
 ætas: Neque tempus: Neque locus detur: iis studiis adolescentia regitur. Senectus oblectatur. Hæc eodem (ut ait Cice  
 ro) res secundas ornant: aduersis solatiū præbent: delectant domi: non impediunt foris: pernoctant nobiscum  
 peregrinantur: rusticantur. Quanti autem faciendæ sint: litteræ: cum multa alia: tum illud in primis nobis do  
 cumento esse potest: quod Homerus (Auctore Cicerone) Colophonii ciuem esse dicit suum. Chii suum uen  
 dicant. Salaminii repetunt. Smirni uero suum esse confirmant. Et cur a tot populis ciuis suus dicitur Home  
 rus: ob litteras nimirum: quod non paruam accessionem laudis & gloriæ ciuitatibus fore arbitrabantur: si tale  
 habere uirum contigisset. Quamobrem cum iis nihil in humanis pretiosius uiliusue cognoscere. ad eas sem  
 per eo delatus sum desiderio: ut nihil mihi dulcius nihil suauius uideretur. Cæterum indignum & illiberale  
 putabam: me ita litteris deditum esse ut ex iis nihil ad commune hominum utilitatem afferere. Sed cum multa se  
 nobis offerrent: quæ labore & industria nostra non mediocrem uidebantur afferre posse legentibus fru  
 ctum: Illud potissimum aggrediendum censui: quod a iuuentute Brixiana maxime exoptabat. Nam cum supe  
 riore Anno forte Persium publice legerem: in eiusque expositione a me nonnulla dicerentur: quæ uel præter  
 multorum opinionem dici uidebantur: uel a quoque etsi sciebat ætate nostra litteris prodita non erant: nonnulli  
 adolescentes Brixiani qui non minus litteris quam probitate morum præfulgent. Et in primis Gabriel Emus patri  
 cius Venetus excellens adolescens ingenio: in præsens discipulus meus hortati sunt: ut quæ a me dicta fuerant  
 accuratius colligerem publicareque. Quod & si profitendi officio & aliis negotiis familiaribus impediabar:  
 ut ad id efficiendum nullum mihi tempus concedi uideretur: tamen ne eorum causa noluisse: aut me laboris parte  
 sum esse putarent: negotium suscepi. Et eo quidem studiosius: quod eiusmodi res esset: quæ mihi beniuolentiæ  
 & gratiæ conciliatura esset: & illis utilitatem allatura. Persium enim cognoscebam eum esse Poetam: quem certe  
 omnibus eiusdem operis auctoribus præferendum non dubitarem. In eo namque mira eruditio: & acerbitas: ue  
 nustatis plurimum: felix non parum. Quis enim Persius magis ad uitia fugienda nos doceat? Quis ad uirtutem  
 sequendam magis erigat? Cæterum cum tempore mihi ratio constaret: quibus tanta hominum iniquitas irrepsit  
 mihi non fecisse hilum uidebat: nisi opus meum iis dicaretur: quorum patrocinio & potentatu ab improborum  
 inuidia tutum esset. Itaque amplitudini & fidei uestræ Ciues Brixiani me totum & omnia mea tradere di  
 coque. Illud a nobis igitur peto pro ea humanitate & fide qua iter alios mortales semper claruistis: ut quod  
 opera & idultria nostra ad commune omnium utilitatem in Persii expositionem elucubratum est: ita sinu ue  
 stro excipiatis: ut ab eorum morsibus qui alienæ semper uirtuti inuident: tutum præstetis. Neque tamen ita  
 amens sum: ut existimem me malignitatis humanæ detes uitare posse. Præsidio tamen & auctoritate fieri ue  
 stra potest: ut improborum latratus me minus offendant. Nam quod publica fouetur æstimatione: ab iniquis  
 minus audacter detrectari solet. Quod si has studiorum meorum primitias iudicio uestro præbui sensero: ma  
 iori cum fiducia alia quæ iam coepta sunt: propediem edemus. Illud enim mihi maximum esse lucrum putauimus: quod maxi  
 me uestris seruire commodis: & ea omnia cogitare & facere: quæ dignitatem & amplitudinem uestram prome  
 reantur. Illud addo me hanc interpretationem eo libentius suscepisse: quod a Poeta secundam satyram ad Bri  
 xianum quendam Macrinum ratione temporum scribi coniciebamus: ut latius in commentariis declaratur. Con  
 fido etiam quodcumque scripsimus huiusce operis studiosis non paruam utilitatem allaturum. Eos autem qui  
 litterarum studiosi sunt: & eos præsertim qui inuidia non mouentur oro obtestorque: ut si qua forte a me

bonum est  
 qd in qdali  
 p. r. m. p.

L

Lp. m. n. n.  
 n. b. p. l. m.  
 g. l. m. p. a. l. g. t. s.  
 p. + p. m. p. p.  
 d. p. m. n. p. p.  
 p. p. p. p. p. p.  
 p. p. p. p. p. p.

L

L



uel male interpretata uel præterita sunt: quæ plurima esse possunt (cū diuini potius sit: q̄ humani ingenii nō errare) sua ipsi industria labori meo subueniāt: & cōmuni omnium utilitati consulant. Non dubito quin si Horani præceptū secutus fuisset: qui in arte poetica suadet editionem nō esse precipitandā: sed nonum pre mendam in annum: plura a me & addita fuissent: & mutata. Festinantius itaque editionem maturavi q̄ erat in animo: ueritus ne id mihi uiuenti accideret: quod nuper mortuo accidit Palacino municipi meo uiro Si gularis doctrinæ: Qui cū in officia Ciceronis & Valerium Maximum nō minus diserte q̄ sapienter quædā scripsisset: eadem morte præuentus edere nō potuit: quæ ab iis excepta qui Gloriā alieno partam labore & periculo in se libenter transferunt: supprimuntur: ut successu tēporis ipsi pro suis edant: Iniuriam profecto. Pa lacini manibus facturi maximā. Cum igitur ciues optimi nulla prorsus commotus gloria hoc tātū oneris susceperim: sed ut industria mea: qui me ad hoc hortati sunt: morem gererem: uos rogo hos commentarios ea beniuolentia & liberalitate suscipiatis. qua a me scripti sunt: Valet.

#### VITA PERSII PER IOANNEM BRITANNICVM.

**P**ersius flaccus in Thuscia Volaterras habet patriā: quod cum Eusebius testetur: ipseque i ultima sua satyra innuit cum ait. Mihi nunc ligus ora Intepet: hybernat que meū mare: qua latus ingens Dāt scopuli: & multa littus se ualle recepat. Lunai portum est opere cognoscere ciues. Nam luna oppidum est & portus Tusciæ ut Sentiūt Strabo & Plinius. Ostēdit igitur poeta se thuscū esse cū ait hybernatq̄ meum mare. Vollaterræ oppidū est hoc modo ædificatum. In profunda ualle sublimis & præ ceptis undique collis extat cuius in uertice planities est: in qua sita ipsius sunt urbis mœnia: ad quæ stadio rū. xv. ascensus est: E cuius basi rupes tota ardua atq̄ difficilis. Illic aliquando ex proscriptis a Sylla qui quat tuor militum complerenti ordines biennio per obsidionem pressi tandem per inducias discedentes locū il lum reliquerūt. Natus est ibi Persius anno. xxi. imperii Tiberii: tertio anno post passionē Christi dei nostri. Mortuus anno ætatis suæ. xxx. Anno. ix. Imperii Neronis quo anno thermæ a Nerone ædificatæ sūt. Cum litterarū causa Romā uenisset annos egressus pueritiæ in disciplinā se tradidit Cornuto philosopho (ut ipse cecinit in quinta satyra ubi ait. Cū primū pauido custos mihi purpura cessit bullaque succintis laribus do nata pepēdit Me tibi supposui: teneros tu suscipis annos Socratico Cornute sinu. Eum summa pietate colu it & obedientia. Vfus est amicitia i primis Minutii Macrini Brisiani equestris ordinis Principis Viri singula ri modestia & fide: & Cæsi bassi Poetæ Lyrici ætate iam adulta sex satiras mira carminis acerbitate scripsit: quæ nūc in manibus habentur. In quibus summa eius ingenii uirtus indicatur. Vnde non immerito Quin tilianus eum multum ueræ gloriæ meruisse quanuis uno libro prodidit. Que ab aliis traduntur de eius ui ta cū auctoritate careant mihi non probantur. Tenuiū opum se fuisse declarat illic. Quis expediuit psitaco suū cheræ? Picas quis docuit uerba nostra conari? Magister artis ingeniique largitor Venter.

#### VITA PERSII PER BARTOLOMEVM FONTIVM.

**P**ersium aggressuro in primis necessariū uisum est eius uitā ac satyram breui oratione percurrere. Aulus Persius Flaccus patre Flacco: matre fuluia olympiade ducetissima tertia imp æte Tiberio uolaterris: ut Eusebius: ut ipse de se scribit: lunæ potius natus est. Mediocri autem statura: insigni forma probatis moribus: ingenio & doctrina prestanti fuit. Prima adolescentiæ patre mortuo. Qu. Remniū Palæmonem grammaticū uicentinū audiuit. Mox rhetoricæ sub uirginio flauo incubuit. In de se ad Cornutum philosophū conferens familiariter se cum ad interitū usq̄ uixit. Anno uero ætatis no no ac uigesimo regnante Nerōe interiit unū Hūc satyrarū reliquens librū: in quo ueræ laudis plurimū me ruit. Satyra uero carminis genus uariis rebus refertū est: quod fere idem: quod comœdia uetus est. Nā cū in compitis ociosi diebus festis operarentur atiqui: inculū ac rude carmen priscam comœdiā in uenere in qua primū bonos laudare: post etiā malos nominatim carpe assuerūt. Sed cū in dies maiore in scribēdo licentia uetterentur: cautū est lege: nequis eiusmodi carmen describeret. Ex quo ueteri sublata: noua comœdia ema nauit: atatis cuiusq̄ mores & personarū affectus continens: sed ad comœdiæ ueteris formā paulatim satyra hæc irepsit in qua sine ulla proprii cuiusq̄ nominis mentione uitia hominū notarentur. Priscum uero satyre genus tam latini q̄ græci excolueret: sed hæc noua satyra latiorū est in qua Lucilius maximam primus lau dem obtinuit satyram autē quis a satyra lege multis aliis conferta legibus: unoq̄ rogatu multa & uaria com plectente. Vel a satyra cibi genere diuersis rebus condito. Vel a lance satyra: que multis generibus primitia rū referta sacris adhibebatur: quidam appellatam existiment: meliores tamen auctores a siluestribus saty ris in uetere fabula institutis nominauere. Verum: his breuiter de poetæ uita ac satyra enarratis explana tionem ipsam aggrediamur.

**S**atyra carmen est: ut diomedii placet: apud romanos maledicum: ad hominum uitia carpēdas: comœdiæ priscæ caractere compositum: a qua in hoc tantum differt: q̄ illa iambicis & eiusmodi uersibus constat: & personis introductis nouæ fere comœdiæ par est: & uitia hominum cum denominatione continet personarum. Hæc autem idest satyra in exámetros assurgit: libertate simplex: Neq̄ enī personas aperte nominat. Priscæ comœdiæ princeps & inuentor fuit Sufarion megaren sis Tripodiscius Philini filius qui cū prauæ mulieri coniunctus esset: abeūte muliere in pompa Dyonisorū

theatrum ingressus quattuor cecinit carmina Iambica: que sola ex omnibus eius scriptis extant. Audite populus Sufarion hæc dicit: filius Philini Megarësis tripodiscius: malum sūt mulieres: sed tamen o populares non adest inuenire domū sine malo: Sic enim prima comœdia scoma habebat apertum licuit itaque aperte sic uituperare usque ad tempora Eupolidis: unde Horatius Eupolis atque cratinus aristophanesque poetæ: Atque alii quorum comœdia prisca uirorū: Siquis erat dignus describi q̄ malus aut fur: Quod mœchus foret: aut sicarius: aut alioquin Famosus multa cum libertate notabant: Sed cum poetæ abuti licentius stilo & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos. ne quisquam in alterū crimen infamiæ poneret lata lege per Alcibiadem siluerūt. Ex prisca igitur comœdia quæ maiore lasciuit licetia Satyra quæ auctore Quintiliano tota nostra est manauit: in qua primus insignē adeptus laudem est Lucilius: qui quosdam ut scribit Fabius ita deditos sibi amatores habuit: ut eum omnibus poetis præferre nō dubitarēt: quamuis Horatius (non siue tamen suspitione æmulationis) eum in sermonibus suis lutulētū fluere diceret: & aliquid esse quod tollere possis. Secundus post hūc Horatius qui etiam Lucilio multo tersior ac purus magis habetur: & ad notandos mores magis præcipuus. Tertius Persius annumeratur qui iudice Fabio multū & ueræ gloriæ quāuis uno libro meruit Quartus uero Iuuenalis habetur: qui & uenustate carminis & satyræ dignitate seruata ita commendatur ut si aliis omnino præponendus non sit certe uel eis par habendus Satyram nomen accepisse a uariis causis scribūt Diomedes grammaticus Porphyrio & Acro idest a satyra læce que inferta uariis multisque primitiis in sacra inferebatur: & a copia & saturitate rei satyra uocabatur: Siue a lege satyra quæ uno rogatu multa simul compræhendit q̄ scilicet & satyra multa pœmata compræhendantur: cuius satyræ legis Lucilius meminit in primo per satyram: ædilem: factū qui legibus ulnat & Salustius in iugurtha: Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in deditiōne accipitur. Siue a satyris q̄ similiter in hoc carmine ridiculæ res pudēdæque dicuntur: quæ uelut a satyris diis siluestribus proferunt & sūt: hocque uerissimilius. Nam in comœdia prisca quæ in uitia hominum apertius ut dictū est inuehitur: salibusque & iocis absoluit: satyri introducti sūt dii syluestres & procaces iocularia & lasciuiam iter se iactantes. Hi sūt (ut auctor est Pollux: satyrus catus satirus impubis: satyrus adolescens: Sylenus pater: Atque id genus personæ fictæ: satyris igitur introductis satyra nominata est: quod nomen hæc quæ tota ut dissimus nostra est & ab illa antiquiore defluxit: accepit seruauitque. Hoc pœmatis genere Persius sex scripsit satyras quarū haud dubiū est primam esse O curas hominū. Nam illud. Nec fōte labra quædam potius meo iudicio prefatio dicenda est q̄ satyra: quam ideo tantū poeta præmittit ut causam assignet: quare animū poetice applicuerit: Itaque more satyrico opus suū ex abrupto incipiens in Trimetrū iambicū erūpit docens non ea se facilitate poetā factū esse: qua Hesiodus & Ennius pœte facti dicunt: sed gesta te & rerū difficultate coactū ut uersus faceret.

IOANNIS BRITANNICI BRIXIANI COMMENTARII IN PERSIVM  
AD SENATVM POPVLVMQ VFBRIXIANVM.

IOAN. BRI. Nec fonte labra: Versus est senarius iambicus: qui & trimeter nominatur. Constat enim pedibus sex. recipere potes iambum locis omnibus maxime apud tragicos. Dactylum & Tribachum locis omnibus præter nouissimū. Spondeum: Anapestū locis tantum imparibus. Et nonnunq̄ in sexto spondeum. Lo-



AVLI FLACCI PERSII  
POETAE SATYRA-  
RVM OPVS.

EC FONTE LABRA  
PROLVI CABALINO.

ci impares dicuntur primus: tertius: & quintus pa-  
res uero secundus: quartus & sextus. Quæri autē  
solet: cur trimeter appelletur: cum senos accipiat  
pedes: quoniam. s. tanta breuitas est pedum: ut iū-  
cturæ binos complectantur pedes: iambum autē  
pedem esse celerem ostendit Horatius. Syllaba lō-  
ga breui subiecta uocatur iābus Pes citus. Antea  
totus uersus iambicus iambis constabat: nūc ad-  
hibentur etiam nothi: unde est illud Horatii i poe-  
tica: Primus ad extremū similis sibi. i. antea totum  
iambicum metrū ex iambis constabat: nunc uero

ut dictū est adhibentur etiam nothi: unde quia in sexto pede retinuit huiusmodi carmen spondeū siue Tro-  
cheum: cum iambo aut pirrychio claudi deberet appellatum est scazon idest claudicans: q̄ quasi alienis per-  
dibus in fine maxime sustentetur & sic claudicat. Mar. Apollinarem conueni meum scazon: iambicum me-  
trum inuentum est ad nocendum ab ἰαπ το .i. noceo: Archilochū lacedæmonium inuentorem fuisse testa-  
tur Horatius: Archilocum proprio rabies armauit iambo: quo carmine lycambem Persecutus est: nam cum  
lycambes ei Neobolem filiam i matrimoniū promississet: eamq̄ mox denegasset: iratus Archilochus in eum  
scripsit. Vnde ille dolore compulsus una cū filia spiritū sibi laqueo eripuit: de quo Ouidius in ibin. In te mihi  
liber iambus: Tincta lycambeo sanguine tela dabit. Hoc igitur inquam carmine erumpit poeta dicens se nō  
eo modo factū poetam potu fontis hippocrenes quo alii dicuntur facti: Alludens ad Hesiodum qui patris  
oues iuxta Heliconem custodiēs uisis musis: & ab iis ad fontem hippocrenem. i. caballinum deductus claris-  
simus factus est poeta: qui postea primus de agricultura apud græcos scripsit auctore plinio. Ouidius in faz-  
stis Ecce deas uidi non quas præceptor arandi uiderat: alcreas cū sequeretur oues. Et idem in arte amandi.  
Non mihi sūt uisæ clio: cliusq̄ sorores: Seruanti pecudes uallibus asera tuis. nam Dius & pomicides parētes  
cū paupertate apud eoles premerentur: relicta patria Cuma in thespis aseram uicū iuxta heliconis partem  
incoluerūt: De quo Homerus auctore Strabone Aseram rus miserū penes hic helicoa colebat: Hyberno du-  
rum: triste æstu: optabile nunq̄. Sicq̄ eos latenter notat qui putent egregiū fieri poetam non posse nisi fōres  
& loca musis consecrata celebrarit: subtrili arte ostendens uirtutem homini labore & industria parari: nō ina-  
ni & uana rerum argumentatione. Principium igitur factū ab indignatione tanq̄ affirmet: quod ab aduersa  
rio longa disceptatione obiiciebatur: se nullū prorſus. cum musis commertū habere: ut si sensus. Fateor me Proluo  
nec hippocrenem bibisse: nec somniasse in monte Parnaso ut de se alii iactant: & gestu adiuuandum. Pro-  
lui: immerſi ut biberem. Compositum est a lauo quod e prima in tertiam transit conjugationem: ut diluo: al-  
luo: abluo. Fonte: dictus est fons auctore Var. q̄ fondat aquam. Caballino: in Helicone fontem Cabalinū  
musis consecratū esse auctor est Stra. quem Equus Pegasus Neptuni & Medusæ gorgonis auctore higinio  
filius: ut alii uero scribūt ex Medusæ sanguine & ceruice a perseo reſecta procreatus ungula saxum feriens. a  
peruit: qui ex eius nomine Caballinus. i. hippocrene dictus est: Hyppos enim equū significat: crine fontem. Parnasus  
Hunc. postea equum fama est ut scribit Strabo cū potaret pirenem in acro corintho a Bellerophonte depre-  
hensum fuisse: unde primū eum fuisse qui equo ueheretur scribit Plini. Nec in bicipiti somniasse par. par-  
nasmus mons est ut Strabo & mella scribūt phocidis qua boetia accumbit: & ad occidentuos phocidis montes lo-  
catus. Ouid. Sepat aonios acteis phocis ab Terra aruis fērax Mox addit Mōs ibi uerticib⁹ petit arduus asira  
duobus Nomine parnasmus: superatq̄ cacumine nubes. Vniuersus autem mons cōsecratus est. Nam & antra  
& alia loca honore & sanctitate digna continet: E quibus celeberrimū & formosissimum extat coriciū nym-  
pharum antrum: eodem quo & cilicyum nomine nuncupatū. BAR. FON. Nec fonte labra prolui caballi-  
no. Quo maiore animi libertate alios deinde corrigere: se ipsum in primis corripit: q̄ festinanter nimīū poe-  
ta prodiderit. Non sine causa uero suum opus metro iambico inchoauit. Eiusmodi enim carmen incitatum  
ac uehemens reprehensionem plurimum cōuenit. Eius inuentor Archilochus: ex sex iambis primum instituit.  
Sed paulatim i cūctis sedibus: secūda & quarta exceptis spondeum recipit. In prima tamen sede quandoque  
anapestum pro spondeo: & in secunda tribrachum pro iambo: ea ratione persius posuit. Quod iambus cum  
tribracho: anapestus cum spondeo in tempore conuenit. Fonte caballino: Non se hesiodi more poetam se Pegasus  
fectum dicit: qui pegaseis aquis e potis e pastore poeta euasit. Pegasus uero caballus e Medusæ gorgonis sā-  
guine a perseo interemptæ profiliit in heliconemq̄ trāsuolauit: atq̄ ubi primum ungula terram percussit:  
hippocrene fons scaturiuit.

Pirenem  
Acrocorinthum  
Parnasus

Proluo

Parnasus

Pegasus

*Osmanus  
montes quosdam*

IOAN. BRI. Bicipiti. i. in duos colles surgenti: ut Lucanus Parnasus gemio petit arduus aethera colle Mons Phebo bromioque facer. Et Ovidius ut diximus. Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus: Nomen Parnasus superatque cacumine nubes. Explodenda est eorum opinio qui alterum ex collibus Parnasi Citheronem: alterum Heliconem appellari crediderunt: Cum omnino Citheron atque Helicon alter ab altero distans auctori bus Strabone. Plinio. Mella. & Solino montes sint Boetiae: Parnasus uero Phocidis regionis. Sic enim scribit Stra. Helicon igitur non procul a Parnaso distans illi aemulus est & altitudine & circuitu: Vterque enim niuibus pulsatur: Et rupes amborum saxea est. Non multa uero illos regio circumscribit. Pli. nec cedentes Athenis claritate que cognominantur Boetiae thebaeorum naminum liberi atque Herculis ut uolunt patria Et musis natale in nemore Helicone assignat: Datur & his Thebis saltus Citheron: Sic & Stra. Citheron prope Thebas finitur. Mella ita scribit. In Phocide delphi & mons Parnasus: & Appollinis fanum atque oraculum. In Boetia Thebe & Citheron fabulis carminibusque celeberrimus. Memini: ut nullo profus pacto addatur me: nam uersus non staret. primus. n. pes est. Anapestus: ultimus spondeus cum semper indifferens ultima ponatur syllaba: reliqui uero iambi: Somniasse: ostendit id sibi non contigisse ut ilico poeta fieret: quod Ennio accidisse legitur qui in principio Annalium suorum ut scribit Porphyrio per somnum animam Homeri in corpus suum intrasse fassus est: & statim poetam factum: unde est illud: Cor iubet hoc Enni: postquam destertum esse Meonides. Sic repetit: Ut Hesiodus & Ennius prodierunt. Helico. pallidamque pyrenem. illis relinquo quorum ima. Iam. ego inquit relinquo musas & fontes eis sacros illis quibus imagines hederis coronatae posita sunt. i. q. tali ambitione uiuunt Latenterque sui temporis poetas notat: qui hisce rebus decorati poetas se esse putabant eximios. Unde alibi poeta sic eos irridet: Grate locuturi nebulas: Heli. legumto: dicit igitur se quoque & si non sit ea eruditione quali habent alii poetae: tamen carmina scripturum. Heliconiadas. i. musas quibus ut scribit Stra. aedes in Helicone consecrata est & fons Caballinus. Nam & Helicon: & Pieria & Libethrum & Pimpiliam eisdem musis consecratur Thracibus Boetiae accole: ut ii qui Libethridum nympharum antrum consecraverunt: & qui praesae musae curam studiumque dederunt Thracibus fuisse perhibent Ephorus: Orpheus: & musaeus Thamyris. ob id etiam Emulto inde nomen inditum est. i. Catori optimo. Heliconiadas: patronymicum est femininum Tribus modis patronymica formantur foemina: In as quidem ut Lemnias. In is ut priamis. In ne ut Nerine Virg. Nerone galathea thymo mihi dulcior hible. Pyrenem: pyrene fons est Acrocorinthi. De quo sic Strabo: Acrocorinthus mons est Peloponnesi excelsus inter duo maria situs Aegeum uidelicet & ionium: stadium trium ac dimidiati altitudinem habens ad perpendicularitatem: ascensus ad stadia. xxx. in acutum terminat cacumen: sub cuius radice in plano instar mensae loco iacet oppidum Corinthus. uertex ipse acrocorinthi. Veneris sacra habet aediculam: infra uerticem Pyrenem fontem aquas haud affluentes habentem ceterum perspicuas ad imum potuique suauissimas. Pli. ite de eo. ita prodit. Medio hoc intervallo quod isthmi appellauimus applicata colli habitat Colonia Corinthus antea Ephyre dicta sexagenis ab utroque littore stadiis e summa sua arce quae uocatur acrocorinthus: in qua fons est Pyrene diuersa duo maria prospectas. Haec iccirco studiosius scripsi ut eorum opinio reselleret qui pyrenem ualle esse crediderunt ubi studeret poeta: est etiam pyrene mons qui galliam determinat ab Hispania: de quo Tib. Non sine me est tibi partus honos: tua bella pyrene Testis & oceanum littora fatonici. Pallida: non nulli hoc ad fabulam referunt: quae talis est pyrene: ut scribit Pausanias cum ex duobus filiis Cenchreo legeoque quos ex Neptuno susceperat Cenchreum admodum amisset: eius mortem adeo fleuit: ut in fontem sui nominis deorum miseratione conuersa sit: unde pallidam dixerit: ab iis postea ut scribit Plinius angustiarum termini Corinthiaci sinus denominantur Legae & Cenchreae: Alii uero ita interpretantur quod omnino placet non pallentes sed pallidos facientes: ut Virg. Mors pallida tristisque senectus. Et idem alibi attonitae magna ora domus: id est attonitos facientis. Scriptores enim studio intenti solent pallescere ut Persius: Inuat ipallescere charris. Et Iuuenalis. Fuit utile multis pallere & totum uinum nescire decembri.

Nec in bicipiti somniasse Parnaso  
Memini: ut repente sic poeta prodirem  
Heliconiadas: pallidamque pyrenem

Pyrene  
Acrocorinthus

BARTO. FON. In bicipiti Parnaso: nec se quidem hoc in mote somniasse alludens ad Ennium scribit: qui somnians Homeri in se animam penetrasse repetit uates apparuit. Parnasum uero: quaquam Seruius in Thessaglia Tortellius aretinus in Aonia Boetiae parte ponit. Herodoto tamen & proponit mela: Straboneque ac Plinio & aliis praeterea testibus: Phocidi regioni adscribitur. Quae in duo iuga discinditur: Citheronemque liberi & Heliconem Apollinis idem Seruius scribit. Tantum auctorem Tortellius subsecutus propter Heliconem & Citheronem: uel certe propter Cyrrha & Nysa: Parnasum bicipitem uocat. Contra tamen eorundem locorum situs: & antiquorum auctoritas reperit Parnasum enim in Phocide regione. Citheron atque Helicon in Boetia montes distincti sunt: ita ut Helicon procul a Parnaso circiter quidecim passuum milia: Citheron uero triginta locatus sit. Cyrrha quoque ac Nysa urbes in Parnasi iugis fuisse ueterum nemo scribit. Cyrrha enim sub Cirphin rupem Parnasi in radicibus montis in planicie mare uersus locata est Nysa uero non in Parnaso: sed in foelici Arabia sita est: in qua cum Bacchus nutritus esset. in eius memoriam ipse postea aliam in India condidit. Apud Homerum quoque secundo Iliados libro Nysa in Boetia urbem esse apud Plinium in Caria apud Strabonem uicem in Helicone: apud Ptholameum in Ionia ac Lycia urbem lego: nusquam uero in Parnaso esse conperio. Quare cum neque Helicon: nec Citheron iuga Parnasi: sed montes ab illo seiuicti sint: neque Cyrrha neque Nysa in iugis Parnasi collocatae sint: bicipitem rectius ad montis naturam: situmque referemus. Nam ut Strabo uolumine nono referat: ab australi parte Cirphin praeruptam rupem cum profunda ualle: per quam plurimus amnis euol-

*Pyrene  
Strabo  
Pausanias*

uitur: parnassus habet. A qua sane diuisione biceps cognominat. Hic macrobio teste Baccho: & appollini sacer e:  
atque ut Diodorus asserit idem liber pater & phebus e. Heliconiadas: Helico: ut Solinus & Plinius quarto refert  
mons e Boetiae iuxta Thebas: atque ut Strabo in nono meminit: phocidi uicius e & non procul a parnaso: eique  
amulus & altitudie & circuitu: qui & ipse apollini quoque sacer & musis e: unde heliconiades musae sunt ap/  
pellatae. Lucretius: Adde heliconiadu comites: quorum unus Homerus Pallidamque pirenem: Vallē inter quos  
parnassi colles pirenem Tortelius esse scribit: sed auctore Plinio libro quarto: acrocorinthi fons e: & ut Strabonis octa  
uo uolunt scriptum e: haud affluentes aquas habet: sed porui suaves atque pspicuas Quae pallida non ad aquam  
sed poetarum colorē assiduo studio pallent. Tortelius: refert. sed melius huc pallorē pireni attribuem: quae cum  
ex Neptuno Cechreū lecheūq; pepisse: de quorum nominibus corinthiaci sinus termini cuiusque ac portus deno  
minat: Cechreū prius inuenta extitit: adeo fleuit: ut in huc fontē sui nominis uerteret: unde eā pallidā appellauit.

Helicon

Illis relinquo: quorum imagines lambunt

Hederæ sequaces: ipse semipaganus

Ad sacra uatum carmen affero nostrum:

Quis expediuit psittaco suum chære?

IOAN. BRI Quorum imagines: effigies hominum  
non solebat exprimi nisi aliqua illustri causa perpetui  
tate merentium: hocque ab Atheniensibus mansisse  
uideat. qui primi omnium Harmodio & aristogitoni  
tyrannicidis publice posuerunt statuas eo anno: quo  
& Romae reges pulsi. Excepta deinde rex est ut scri  
bit Plinius a toto orbe terrarum humanissima ab itio:  
unde & poetis imagines ponebant: & a studiosis tantum

ut quisque nomen auctoris diligebat. Martialis ad uitam statuam sibi ponentem edit carmen subscribendum. Hoc tibi  
sub nostra breue carmen imagine uiuat: Quam non obscuris iugis auite uitis. Iuuenalis: Qui facis in parua sub  
limia carmina cella: Ut dignus uenias hederis & imagine macra. L. Accius poeta in aede cariarum ut scribit  
Plinius maxima forma statuam sibi posuit cum is ad modum breuis esset. Labunt: circueunt. Virg. Tactuque innoxia  
molles Labere flamma comas & circum tempora pasci. Hedera: hederis coronabatur poeta. Virg. Pastores hede  
ra crescentem or. poetam. Hora. Me doctarum hederarum praemia fronti diis miscer superis. Hederae auctor plinio tres  
sunt species. Alba & Nigra: tertia quae & elix appellatur: Nigra cui semen est crocatum poetae utunt: quam quidam  
Nisiā: alii bacchicā appellat quae Bacchus cum uictor ex India rediret coronas hederarum portauit: iuge igitur hedera  
coronant poetae quae quae admodum illa Baccho sacra est: ita & poetae in tutela liberi patris dicunt. Hedera dicta e  
ut placet Festo siue quae haereat: siue quae edita. i. alta petat: siue quae cui adhaeserit edat. Sequaces: epitheton e he  
deris: cuius natura e ea quibus adhaeret sequi. Ipse semipaganus: beneuolentiam sibi conciliat a modestia sua: illud mo  
neo legendum esse. Ipse semipaganus: non autem: at ipse uersus. n. non staret. Semipaganus: semirusticus: & rudis poe  
ta. Paganus dictus e a pago quae uillam antiq; dicebat a pigin idest a fontibus: eo quod iuxta fontes uilla semper  
fi consueuit. Ad sacra uatum: non ut quidam interpretantur ad certamina uatum: sed ad aedem Apollinis & Musarum. ad  
quam poetae opera sua defererent. Eam Augustus ut scribit Tranquillus Apollini in ea parte palatii erexit: quam  
fulmine disiecta aruspices a deo desiderari responderunt. In eius aditu porticus erat cum bibliotheca tam graeca quam  
latina. Martialis loquens ad librum suum: Iure tuo ueneranda noui pete limina templi Reddita pierio sunt ubi tepla  
choro. Iuuenalis Nequid tibi cōserat iste quem colis & Musarum & apollinis aede relicta ipse facit uersus Horati  
us scripta palatinus quaecumque recepit apollo. Carme: idest poema. Virgilius Carminis incompti lusus le  
cture procaces. Quis expediuit psittaco suum chære? atipophora est quasi aliquis dixerit quomodo carmen scri  
bes: cum te semipaganum dicas esse & iperitum? Dicit igitur se necessitate coactum: lucri spe animum ad carmina scribenda ap  
plicuisse. Idem per similitudinem psittaci & picam facere ostendit: quae aues cupiditate satiandi uestris uoces humanas edis  
cunt & emodulant. Quis expidiuit. i. quis expedite loqui psittacum. psittacus auis e auctore Plinio super omnia humanas uo  
ces reddens & quidem sermocinans: eam India mittit: psittacem uocat graeci. uiridem toto corpore: torque tantum mi  
niato in ceruice distincta: Impatores salutat: quae accipit uerba pronunciat. Mart. Psittacus a uobis aliorum nomina  
disco: Hoc per me didici dicere Caesar aue. Stat. Humane sollers Imitator psittace lingua. Suum chære: non iam propria: sed  
quod id tam facile ediscat & expedite pronunciet: ut naturale illis esse uideat. Chære Graece: salue latine.

Coruus

Hedera

Psittacus

BAR. FON. Quorum imagines lambunt hederæ sequaces: cum hedera baccho sacra sit: iure illa poetae coronaban  
tur qui in tutela liberi patris sunt. Imaginibus quoque uatum corone hederaceae ponebant. Iuue. Ut dignus uenias  
hederis: & imagine macra. Sequaces autem dicendo ad earum naturam respexit: cum enim dicte sunt: uel quod haereat: uel quod edi  
ta semper petat: uel quia si quibus adhaeserit: edant iure illas sequaces cognominauit. brachia. n. ramosa: maxieque  
robusta cum haerant quod semel coeperit tenaciter persequuntur. Libero uero patri sacrae sunt: quia sicut illae hominum  
mentes: ita hederae omnia illigant quibus haerent. Semipaganus: in translatione uerborum manet. Nam cum in caballino fonte  
se dixerit labra non immerisse: fons uero a graecis dicitur: unde pagus & paganus deducitur: nunc semipaga  
num se nominat: ut qui se non petitus in hipocrene pluerit: sed eius aquam summo tenus ore attigerit: ac propte  
rea nondum poeticis sacris ibutus sit. Ad sacra uatum: uel ad scripta: & numerum poetarum. Vel ad aedem apollinis  
& musarum in qua omnium scriptorum uoluntia seruabatur. Ho. Scripta palatinus quocumque recipit apollo. Quis ex  
pediuit psittaco suum chære: per psittacos picas coruos humana uerba fame edoctos ostendit: urgente necessitate  
multos spe lucri compulsos: tamquam poetas bonos carmina scribere psittacus uero quadam uerba quae accipit ita  
de articulata uoce pronunciat: ut sibi periculosa uideantur. Ob quam pronuntiandi facilitatem suam chære tamquam sibi se  
re naturale dixit: ut apud Martia: hoc didici per me dicei caesar aue. Chære autem graece salue atque aue significat.  
coruos quis oli cocauum salutare? Quis oli docuit coruos cocauae ac rauca itra fauces uoce salutem oibus dicere

1. and. 1.  
and. 1. 1.  
and. 1. 1.  
and. 1. 1.

1. and. 1.  
and. 1. 1.  
and. 1. 1.

Plures quidē Augusti tpe salutare eū corui edocti sūt: sed oīum celeberrimus fuit: q̄ Tyberio principe singulis dieb' mae i rostra uolitas prio tyberiu deide germanicu & drusu caesares mox alios e populo trafeutes noīati salutabat. Vnde postea saluatoris cognome coruis obtinuit. Martia. Corue saluator cur tu fellator heris.

Pica

IOAN. BRI. Picas. Anis est & ipsa uocalis Cui q̄ dē q̄ ex loquinquo nō uenit mior ē nobilitas: sed expressior loq̄citas Mart. Pica loq̄x certa dominū te uoce saluto. Si me nō uideas esse negabis auē. Cornari: cū oī difficultate loqui. Magister artis. Necessitate eā eē mōstrat q̄ & aues quoq̄ doceat uoces humanas eloqui: & hoies idustrios reddat. Hor. Et la ris & fūdi paup̄tas ipulit: audax ut uerf' facerē. Vir. labor oīa uicit iprob' & duris urgēs i ribus egestas. Artis. Ars praeceptio ē q̄dā qua ad aliqd cū rōne agēdū iſtrumur. Vēter. i. egestas & rex: difficultas: Negatas. a natura. f. Quod si dolosi spes refulserit nūmi. Cōfirmatio ē superioris rōnis/ut hoies cū egestate laborēt ad ea se mirabili studio accōmodēt unū appareat lucrum. Sēsus. est si qua spes lucri appruit:

Picas quis docuit uerba nostra conari

Magister artis ingenique largitor

Venter negatas artes sequi uoces

Quod si dolosi spes refulserit nummi

Coruos poetas & poetidas picas

Cantare credas pegaseium mellos

Satyra prima.

Curas hoium: o quantū ē i rebus inane

Quis leget hęc: mi tu istud ais: nemo

Hercule nemo

Coruus

credes nō tātū hoies: sed & Coruos poetas: & poetidas picas factas: ita docte cātābūt. Dolosi: Exitiosi: iuxta illd Virg. Quid nō mortalia pectora cogis auri sacra fames? Refulserit Resplēduerit appuerit: nitorē metal. si respexit. Coruos poetas Coruus effingēdo sermōe hūano nulli cedit: Nā auctoī Macro. Redeunti augusto ex acciaco bello cū igēti gloria qdā Rōā obuiā se illi cū Coruo dedit q̄ ad Impatorē ait Aue Impator inuiſte: quo delectatus Augustus. xx. millib' nūmū emit: Cuius exēplo alter excitus similē Coruū edocuit quē cū audisse Augustus Taliū iqt saluatorū satis domi habeo. Nobilitatus ē & oī ut scribit Pli. funere publico cōstrato lecto duoz ethiopū hūeris: praeedēte tibicine & Corōa oīum generē lat' usq̄ ad rogū: q̄ cōstructus ē dextra uiae appiae ad secūdū lapidē i cāpo Ridiculi appellato: hic erat q̄ Tyberiu deid Germanicu & Drusu Caesares noīatim: mox trafeuntē Romanū populū salutabat. Mart. Corue saluator q̄re fellator heris? Poetidas. formatio ē p modū patronymici ut masculū poetā: mulierē poetidē appellauerit. Mellos. Cātum. mellos priorē hēt correptā. Lactātius. Fit ipcuso dulcior aura melo sed hoc loco geminauit. L. ut seazōis stet rō: ut Vir. Reliquas danaū. Pegaseū. i. tā dulcē. & suauē: q̄lē solēt Musae: q̄b' fōs Pegaseus. i. Caballius ut dictū est i Helicone ossecratus Pegaseū Possessiuū ē a Pegaseo: eo mō formatū quo apd. Virg. priameus: Ecce trahēbat passis priameia uirgo: Neq̄ praepositio piaddēda ē: uerf'. n. & sēsus simul dprauarēt. Nō. n. troche' hoc carminis: generē excipit. Illd addo auctoī. Pli. pēatos equos & Cornib' armatos Pegasos uocari. Quoz mēinit ita cicerō i oroe p publico. Quito. O Hoīem fortunatū q̄ eiusmodi nūcios: seu pegasos habeat. Satyra prima.

Pegasus



Curas hoium. Reprehēsurus hac satyra uaria poeta: i cōponēdis carminib' uitia: eos i primis satyrica idignatiōe pſeq̄tur: q̄ inani qdā carmia scribūt ostētatiōe: ut inde populi laudem aucupēt putātes q̄ sciāt nihil omnino esse nisi aliis eadē inotescāt. Monet itaq̄ poeta idecoz esse ad eū finem carmina scribi: nec ullo mō assentatiōes uulgi esse quārendas: Et in dialogi penem morem introducitur mōitorem: q̄ & respōdeat & plerūq̄ cōsulat quid sibi agendū sit. Tota dignatio & fremitus in Nerone fert: quē multis in locis notat: ut ambitiosū. Nā auctore trāq̄lo declamauit saepi' publice: recitauit & carmina nō mō domi: sed in theatro tāta uniuersoz latitia ut ob recitatiōem supplicatio decreta sit: atq̄ pars carminū aureis litteris Ioui capitolino dicata. Præterea orōnis & carminis latini Coronā de q̄ hōestissimus q̄sq̄ cōtenderat ipsoz cōsensu cōcessā sibi recepit: Cū igit' plausu populari & laudib' aliēis dlectaret: occulte a poeta notat: ut locis suis dicemus. O curas hominū. principiū factū ē ab indignatiōe & usu satyrico Generalis. n. est acclamatio in suoz tempoz poetas: q̄ fama tātū correpti carmina scribāt. Sed hoc satir' initiū ingenti arte in se detorquet: ut qd in se ipso turpe ostendit: in aliis licenti' inflectet. Hæc at exclamatiōes p Nominatiūū Accusatiūū: & Vocatiūū fieri solent & sine aliquo uerboz adminiculo. Per noīatiūū: hoc modo O Romana Militia: O mos atiqu'. Per accusatiūū ut o fortunatā natā me cōsule Romā. puocatiūū O lane a tergo quē nulla cicōia pinſit. O quantū est reb' inane. O q̄ta est in reb' hūanis uāitas: cū oēs eo scribendi studio ferimur ut apd uulgus laudem q̄ramus. Quis leget hęc? Monitorē interrogat: p qd appet se laudis cupiditate & famæ scribere: hincq̄ exclamauit q̄si argues turpe eē hęc sibi q̄rere. Mi tu istud ais: Verba mōitoris: Nemo Hercule. Subaudi superiore leget. Nemo: Inter admirātis simul neminem futurū operis sui lectorem. BAR. FON. Quod si dolosi illos idarguit q̄ spe lucri adducti ineptissima carmia ædē nō uerēt. Dolosi nūmi dnomiatio ē: cū ab eo q̄ fit id q̄ facit dnoiet. Dolosos. n. appellat nūos: p quos inuēri doli fūt: ut cū pigre frig' q̄a pigra iddit corpora nōcupāus. Et poetidas picas: A poeta poetria & poetris driuat. picæ uero pieri & agnippes nouē filia: a uſe cū musis de cātu ac uoce cōtēdi niphis iudicib' supate: cū ilis cōuitarēt: ipicas a niphis uerſe sūt: i qb': ut ait Oui. Facūdia prisca imāsit: Raucaq̄ garrulitas studiūq̄ inane e loq̄ndi: p pegaseū mellos uald pegaseū. i. poeticū p suauē & dulcēcātū: Melos at sicut & sophos generē neutro ideclnabiliter pōit. Curas hominū o q̄tū est ib' inane. Hęc satyra scriptores lenocino uerboz plausū populare captātes: & auditores lectoresq̄ scripta lasciuia & mollia magis q̄ uirilia cōprobātes reprehēdit: n̄ sine qdā Nerōis nota: quē

scenae studiosum fuisse constat. O curas hominum: cum Persius cuidam uelle satyrā scribere se dixisset: ille superflua eius curā oibusque ingrata deridens eū interrogat: quis tā seuera & graua scripta leget. Quidam poetae initium hoc attribuunt consultantī superfluas hominū curas inanesque cogitationes se oīo uelle reprehendere.

**Vel duo: uel: nēo. turpe & miserabile quare  
Ne mihi polydamas & troades labeonem  
Præulerint. nugæ. non siquid turbida roma  
Eleuet accedas. examenue improbū in illa**

IOAN. BRI. Vel duo: uel. uerba mōitoris: q̄ duos uel tres tantū lecturos dictur⁹ erat. Sed q̄si morū sui tēporis mēoriā suocat⁹ tres sup̄ssit: oīq̄ imota dubitatiōe dicit Nēo: affirmatq̄ qd̄ atē dixit: nēo Hercule. Sicq̄ iuidiose notat tpa sua: q̄b⁹ neutiq̄ i prætio poetæ erāt. Nēo: sic, p̄nūcia ut de re certa & māifesta. Turpe & miserabile: q̄ nēo lectur⁹ sit. Quare Trahit i admiratiōe & secū q̄rit poeta: cur cū aliōrū & maxie Accii labeōis opa legat⁹: sui carmīs nō sit q̄sq̄ futur⁹ lector. Ne mihi polydamas. Per polydamata Neronē itelligit: In cui⁹ iuidiā hoc scribit. Iliēsiū. n. ado studiosus fuit: ut & scripserit troica: Et plurimā ptē urbis romæ icenderit: ut silitudinē ardentis Troiæ cernēt i cui⁹ incendio Halosim Ilii decātauit. i. captiuitatē: & eorū: ut scribit Cor. cā suscepta Claudio ipate roanū Troia demissū: Et Iuliæ stirpis auctore Aeneā: aliaq̄ haud p̄cul a fabulis facūde execut⁹ p̄petrarit ut Ilienses oī publico muneī soluerent. Et cū is carminū quoq̄ studiū affectaret: eos i primis fouebat poetas quoq̄ opa d̄ reb⁹ Troiāis ostarent: q̄lia erāt Accii Labeōis: q̄ carmiē res ilienses p̄secut⁹ fuerat ut alibi: Nō ē hic Ilias Acci. Inde igit̄ satyricē oñdit p̄cipi p̄terita carmīs rōne ea tantū placeī q̄ de troianis sint cōposita. hic indignat⁹: hinc excādescit. Polydamas: Apte p̄ Nerōe Polydamātis uiri Troiāi miscet p̄sonā: ut mixtū esse nō uideat. Si uiro Troiāo res Troiāæ placeāt: cū ip̄e p̄iceps originē a Troiāis ducē affirmat. Si uero ad illud allusit. qd̄ scribit Hom. d̄ Hectori. Qui cū qdā nocte extra uoluntatē Polydamātis uni⁹ ex priorib⁹ urbis: suos extra Achillē ducē græcorū dixisset: ab Achil. supat⁹ ē maxia Troiāorū strage scā. Quā Achil. i supbiā elat⁹ atē portas urbis curru iuect⁹ troiāis insultabat: Hector p̄ portis astās cū eo cōgredi parabat. Verū p̄i & mater uerentes ne si cū illo cōgredere: occūberet mltis p̄cib⁹ orabat ut i urbē se recipet. Hector parentū uerbis minie mouebat qn̄ Achillē supbū i se p̄peratē expectat: Indignabundus tñ magno secū aio. Hei mihi iqt̄ si itra muros me recipiā: prius me polydamas arguet: q̄ ut nros itra mōcia reducerē hac exitiosa: q̄ i nos. Achil. i surrexit nocte cōsulebat: cui ego minie obsecutus sū: qd̄ datus p̄fecto fuisset. Nūc cū temeritate mea populū amiseri troiāorū troianarū aspectū reformido: neq̄s ibecillior dicat Hectorē suis uirib⁹ fretū troiāos p̄didisse: Ne: certe. Vir. i. xi. Tu ne ēt telis moriet⁹ Diāa. Teren: Ne ego hō sū i felix. Nec aliter q̄ affirmatiue accipi debet: Nā statim fert nō si qd̄ turbida Rōa eleuet. hęc. n. p̄ticula sēp p̄ducit nisi cū interrogatiue p̄nūciat. Troades: Romāi q̄ i assentationē p̄cipis eadē laudabāt: q̄ ei grata eē censerēt. Labeonē. Accius Labeo ideo Nerōi: grat⁹ q̄a Homerū imitat⁹: res troianas carmiē cōplexus ē: ut supra dixim⁹. Labeōes a Labiorū magnitudie auctōr Pli. sūt appellati: Sicut Cæsaris cæsōes a cæso m̄is utero sūt dicti. pilūni q̄ pilū pristinis inuenerūt. Pisones a pinfendo: Fabii Lent. Cicerōes sit q̄sq̄ aliqd̄ optie gen⁹ legumis sereret: Alius fuit labeo p̄toris iuris ēt pitus q̄ mēor libertatis in q̄ nat⁹ erat mltā cōtumaciter aduers⁹ Augustū dixisse & fecisse dicit d̄ quo hor: Labeōe infanior inter sanos dicat: de hoc neq̄q̄ intelligendū est. Præulerit p̄posuerint: t̄pis est futuri: ita p̄nūciādū est ut d̄ re certa. Nugæ: Ad seipm̄ poeta loq̄t̄ p̄tq̄ hic loc⁹ interrogatiue & p̄nūciatiue legi. Si cū interrogatiōe: hic sensus erit. putabis ne nugas foī: q̄re statim ut eorū iudiciū cōtēnēs subdit Nō siqd̄ turbida Rōa: sic q̄ subaudies erūt. Si at̄ p̄nūciatiue legeris: subaudiendū erit sūt: ut sit sensus p̄ nihilo habendū est ēt si carmiē meū n̄ recipiat nec laudet qd̄ idicat seq̄ntia. Nō siqd̄ turbida rōa eleuet accedas. Duo fugiēda eē mōet: unū ne ppli iudiciū magifaciat: q̄ n̄ rōe res colligit und̄. Hor. iudice quo nosti. pplō q̄ stult⁹ hōrē sæpe dat idignif & famæ seruit iēpt⁹: q̄ stupet in titulis & imagib⁹. Alter ne alienā laudē q̄rat: qd̄ hōi turpissimū esse iudicat Hor. Neq̄ te ut miret turba laboīs Cōtent⁹ paucis lectorib⁹. Accedas. i. auīs tuas n̄ adhibeas: nō cures: non plimi facias. Accedim⁹. n. & aio: & corpe ut si dicas nō accedo: sentētiā tuā. i. n̄ adhæreo tāq̄ malā. Rōa turbida. Quæ nō isto incedit iudicio: sed ex ai libidine cūcta iudicat ut si turbida. i. ofusi iudicii. Eleuet. Diminuat. Tractū a re pōderosa: q̄ ut par sit eleuat. i. diminuit. Tit⁹ Li. ab urbe cōdita. Miror inq̄t si uana uīa p̄res cō: auctoritas ad plæbē est: Vos eleuatis eā: q̄ppe q̄a plebs senatuscōsultū i cōtinuādis magratib⁹ soluit ipsi quoq̄ solutū uultis ne temeritati mltitudinis cedatis. Trāq̄llus in Caligula: uersiculorū q̄ fidē eadem hęc eleuant: & eo facili⁹ q̄ sine auctōr sūt. Va. Adiecto uersu græco q̄ fidem sōniorū eleuat: Examenue i pbū: Examen p̄prie est filū trutinæ. Vir. Iuppiter ipse duas æq̄to examine lāces sustiet. Hic uero metaphoricōs p̄ iudicio pōitur: quēadmodū. n. examen rei pōderatoris nobis iudiciū facit: sit sit ut in q̄libet re p̄ iudicio sumat. Improbū: qd̄ ex animi libidine p̄ficiscit. In illa trutina. Cū cōtemptu. legendū est in illa: q̄si quæ iniqua sit.

BAR. FON. Min tu istud ais: respōdet Persius: cur se ita interroget cū utilissima scriberē ordiat. Nēo hercule: affirmatio ispōdentis est: si talia scripserit: neminē scripta sua lecturē esse. Nēo admirat⁹ poeta cur ille dicat a nemine hęc satyrā lectū iri: uerū traditiōe frōtenō sine admiratiōe p̄nūciāda dictio nemo est. Vel duo uel nemo: turpe & miserabile: respōdentis asseueratio: uel duos: q̄ turpe est: uel neminē. q̄ miserabile hoc carmiē lecturos esse. Quod sane ignominiosū scribenti est. Quā interrogat quā ob cām. a nemie uel a paucis legi turpe ac miserabile foī putet. Ne mihi polydamas: cōtinuat Persi⁹ ab aduersario q̄rēs tāetsi ob hoc ignominiosū existimet ne sibi a rōanis Labeo p̄ferat. Polidamas & troades. Ex Hōero assumptū est: q̄ secūdo & uigesimo iliados libro Hectorē: si se achillis metu itra muros recepit uerentē inducit ne a polidamate: troianisq̄ redarguat: q̄ & Aristoteles in athicis de fortitudine. scribens: & Cicero ad Atticū assumpserunt.

Labeo

Examen

Labeonē: Tortellius pro tragœdia de polydamate a Labeone cōscripta legit. Quidā Home. iliada ab Accio Labeonē cōuersam dicūt. De qua paulopost nō ē hic ilias acci ebria uerato. Et circiter satyre finē: Nullā tibi uēdo iliadē: Nōnulli. M. antistii labeonē uix prætoriū iurisq; peritū itelligūt: q; pristinae libertatis memor multa ī augustū & dixit & fecit: ob quæ isanius ē hītus. Hora. i. ser. Labeonē isanior iter sanos. dicat. Sēsus at talis ē. Cēles ne forsā ob id triste: miserabileq; futurū ne Romāi me Lapeonē demētiore existimēt: si audebo satyrā scriberē: ī malosq; ī uehi: & reipub. occupatores: ut Labeo fecit. Nugā: qdā respōdētis hoc eē uolūt: ī se quētesq; uersus eidē p̄ interrogatiōē attribuūt: q; īterroget p̄ sū a iditio populi nū discedat: & nū redarguet eū audeat: & nū ceterorū more ab oib; laudari nō q̄rat: cū præserti nēo Romā sit: q; nō itidē faciat. Doctior tñ cū superiori uersu cōtinuātes poetæ tribuūt. Nugas. n. si Labeonē sibi Romāi prætulerit eē putat. Verē asse uerāter nō sine risu distorto paululū ore legēdū ē. Nō siqd turbida Roma eleuet accedas: Cū corrupto populo romāus iudicio sit: si aliquē extulerit & laudarit: populari iudicio nō accedas. Nō. n. qā laudēt a uulgo aliq; scriptor p̄bādus ē. Examēq; ī probū ī illa castiges trutina. Falsum illud populare iudicium corrige. Examē enim hoc loco iudicii inuestigatio atq; examinatio ē ab examie filo tractū: quo pondera in trutina perpenduntur: de quo Virg. i. iupiter ipse duas aequato examine lances Sustinet.

IOAN. BRI. Castiges. Sēsus ē. Noli iudiciū Romanorū qd nulla ratiōe ducit. i. qd habēt ī sua trutina iniustū castigare. q. d. puifacias. Trutina. State: ra: idē. n. sunt: Hora. Trutina poneris eadem: unde Trutinor ut Persius alibi. Trutinā uerba labello. Nec te quæsiueris extra: sententia ē catholica qua monet neminē oportere ī rebus getēdis famā populare captare: nec alieno uiuere iudicio: Sed ut ex

Castiges trutina nec te quæsiueris extra  
Nā romæ ē quis nō: at si fas dicere: sed fas  
Tūc cū ad caniciē & nostrū istud uiuere triste  
Aspexi: & nucibus facimus quæcūq; relictis

Ciceronis philosophia habet sufficere debere ad gloriā: benefacti cōscientiā. Vnde illud ē apud Virg. pulcherrima primū dii moresq; dabūt uisū: cetera reddet Aetutū pius Aeneas. Nec te quæsiueris extra. Illud attendendū ē Persiū tāta indignatione uehi ut prae ira sermonē & sensum nō absoluat plerūq; hic enī dicturus erat: Nec te quæsiueris extra qd alii faciūt: nā mox sequit. Nā Romæ ē quis nō. Sensus ē igit: Quid de te homines loquant nō curabis: nō quæres: qd ab aliis fere omnibus fit: unde illud emergit: Et uerū inquis amo: uerū mihi dicito de me quis populi sermo? Nā romæ est quis non. Hac omnia excipiēda sunt risu: ut indignationē quā in aīo cōcipit poeta ridēdo ostendat seqt. n. Sed sum petulātī splene cachino. Et paulo ī ferius Rides ait & nimis uncis naribus idulges. Nā romæ ē quis nō: Subandi laudis & gloriæ cupidus: quis romæ nō ideo aliqd scribit ut laudet? Illud. n. uenerat ī cōsuetudinē ut scriptores laudes aliēas quærent. Vñ Iuena. lib; si malus est nequeo laudare. Horat. scribet mala carmina uecors laudato. Quid. i. arte amā di; Quid perit sacris nisi tantū fama poetis? Hoc uotū nri sūma laboris hēt. At si fas dicere. Tantū sibi displicere mores poetarū sui tēporis ostēdit ut ī eos multa & grauiā diceret nisi seiret sibi periculū imminere cū a Nerone tū ab aliis romanis: Quare ifert. At si fas dicere: deest dicere multa qdē: dubitat autē sibi nō cōcedi: ut libertate Satyrica: qua usi sunt priores: dicat quæ sentiat. Hoc at eo risu p̄nūciādū ē quo animi indignatio ostēdit. Sed fas. subaudi ē. i. licitū ē qdē dicere. Sed fas. Ita p̄nūciādū ē ut diu secū deliberasse uideat. Tūc cū ad caniciē & nīm istud uiuere triste aspexi. hic locus cōtinuat usque ad id scribimus iclusi. Cuius sensus talis ē: oēs qdē siue grauioris sumus ætatis: siue excessimus a pueritia ea ratiōe aliqd scribimus ut a populo laudemur. Vñ seqt. At pulchrū est digito mōstrari & dicier hic est. ordo est. Tūc tūc scribim; iclusi cū aspexi ad caniciē. Aspexi ad caniciē. i. cū senes & iuuenes respicio & itueor. illud hoc loco addo auctore Pli. caniciē homini tātū & eqs dari. Et nīm istud uiuere triste. Tristē dicit uitā nostrā qā nimis ambitiosi sumus: & de laude aliena solliciti: & ideo ualde tristē. Et nostrū istud uiuere triste. Sermo est figuratus cum īfinito uerbo sit usus p̄ appellatiōē. nostrā enī uitā uult itelligi. utimur & uerbo pro participio. Virgili. magnū dat ferre talentū: tāq; ferendū: Et participio pro uerbo ut uolo datū. Sic etiā Varro usus est cū ait in Arcadia scio me esse spectatū suē: Pro spectasse. Istud. Cū cōtemptu p̄nūciandū. qā tātopere de gloria anxii sumus. Et nucibus facimus quæcūque relictis. Aetate puerilem designat: quæ nucibus delectat. Mart. Jam tristis nucibus puer relictis Clamose reuocat a magistro. Et alibi. Alea parua nuce & nō damnosa uidetur: Saepē tamen pueris abstulit ista nates. Horatius. postq; te talos Aule nuceq; ferre sinu laxo donare & ludere uidi. Facimus quæcūque. i. liberiore licentia uiuimus præterita pueritia. i. postq; ad adolescentiā peruentum est Terentius. postq; excessit ex ephebis liberior uiuendi fuit potestas

BAR. FOH. Trutina uero idē q; statera est. Victruuius. libro. xi. id at ex trutinis: quæ stateræ dicunt: licet cōsiderare: a q; & trutinari deducit: ut atq; ex porrecto trutinant uerba labello. Nec te quæsiueris extra: nec te extrisecus & ex alieno iudicio existimes. Nā romæ ē q;? Aposiopisis figura est: ī qua qd taceat icertū ē: aut lōgiori fermōe explicādū. Nā uel iudicio recto: uel q; nō male uiuat. uel q; nō se extra quærat: uel eiismōi aliquid subiūgendū est. Nō: hoc p se separati legit. Respōdētis. n. indignatio nō sine acrimonia frōtis ē admirātis simul & stomachātis a Persio dici: neminē recto iudicio Romæ esse: Quod si supiora a cōtradiciente plata p̄ interrogatiōem supserimus: hāc negatiōē poetæ dabimus respōdenti se extrisecus nolle quære: Ac si fas dicere: ut cūq; supiora legātur: respōdētis hāc aduersarii uerba sunt. Derugata enī frōte pinde inq; o persi dicis corrupto iudicio omnis esse maleq; uiuentes: Ac si ita loqui licitum sit.

Comelius redandus  
p̄ meo p̄m  
magis hōm

infinitū uerbum  
quē p̄  
appellatiōe: parti  
cipium p̄ uerbo



Sed fas: Respondet poeta fas esse ita sentire: ac loqui. Tunc cum ad caniciem: cum depravatam: corruptamque uitam et in senioribus uideat satyram se scribere uelle significat. Nostra enim uita intelligi uult. Ac nucibus facimus quacumque relictis. Et cum aspicio: quemadmodum uiri facti in puerilia uitia labimur: atque sceleribus non cessamus. Catamiti autem pueri: quibus licenter abutebat antiquitas: a turpi obsequio recedentes: pueritiam ludum nuce spargebant quo se puerilia cuncta sperne- re demonstrabant. Catullus da nuce pueris iners concubine: Satis diu lusisti nucibus: Lubet iam seruire talaffio.

*ad puerum ad ista*  
*ad puerum*  
Cum sapimus patruos: tunc tunc: ignoscite: nolo  
Quid faciam? sed sum petulanti splene cachino  
Scribimus inclusi: numeros ille: hic pede liber  
Grande aliquid quod pulmo animae praelargus anhelet  
Scilicet haec populo pexusque: togaque recenti

IOAN. BRI. Cum sapimus patruos id est sumus patruis sapientia pares: pueri enim in custodia & disciplina patruis dabantur. Horatius. Siue ego praeue seu recte hoc uoluit: ne sis patruus mihi. Tunc tunc Geminatum est aduerbiu quod coniungit ut dictum est cum scribimus. ut virgi. Nunc nunc o liceat crudeliter abrumpere uitam: ut sit tunc tunc: tunc inquam scribimus. Ignoscite. Illud spectat sed fas. id est si uos fortasse offendero dum dico quod sentio ignoscite: Hoc uerbo ignoscite callide ostendit rem turpem esse

de qua dicturus sit: & risu satirico omnia proferenda: & uenusta capitis agitatione pronuntianda. Nolo. Subaudi dicere: dubitat an dicat. Ad illud refertur at si fas dicere. Quid faciam? Quali dicat quid proderit dixisse cum iam omnes perditam laborent ambitione. Sed sum petulanti splene cachino. Sed particula est aduersatiua: quae ita superioribus aduersatur ut quis satius esset tacere cum nihil loquendo proficiat: tamen ostendat se tacere non posse cum a natura profusus sit in risum. Cachinosus est qui immoderate ridet. Petulanti. pro cacia petendo unde dicimus hominem petulantem qui hunc & illum abique pudore petit. Splene: Scribit plinius in splene peculiare cursum impedimentum esse: & ideo per uulnus etiam exempto uiuere animalia. Opinionem etiam esse adimi risum simul homini: intemperantiamque ioci constare lienis magnitudine: splene graece: lien dicitur latine a quibus splenetici & lienosi: nec ii imperiti audiendi sunt qui lienem intestinum exponunt: quo egeruntur fordes alui. Scribimus inclusi. Strepitum fugientes. Iuuenalis: qui facis in parua sublimia carmina cella: Numeros ille. i. uersus qui pedum numeris constant. Pede liber. A metri lege solutus. Grande aliquid. Ironia est. i. orationem tumidam inflatam. Anhelet: proferat uehementi spiritu. Pulmo praelargus animae. Abundans spiritus. Nam ut scribit plinius sub corde est pulmo: spirandi que officina attrahens ac reddens animam: ideo spogiosus ac fistulis inanibus cauus. Scilicet haec populo. Hinc omnis pendet indignatio poetae quae carmina ad laudem populi consequendam scribant. Scilicet. Cum Ironia inferitur. Terentius: id populus curat. Pexusque togaque recenti. Irrisio est in eos qui opera sua recitantes & carminis lasciuia: & cultu corporis fauorem populi quaerunt. Toga recenti. Noua.

BAR. FON. Cum sapimus patruos: Adolescentibus corrigendis seueriores patrum quam patres sunt. Parentes. indulgentiores in liberos natura facit. Ob hoc patruis educandi pueri tradebant: quoniam & seueros eos corriperent: & propter sanguinis propinquitatem amore etiam non carerent. Horatius: Metuentes patrum uerba lingua. Tunc tunc ignoscite: Si satyram scripsero subaudiendum est. Nolo. quid faciam? Dubitatio est. Ambigit enim utrum de duobus potius eligat: an scribat satyram an omitat. Sed sum petulanti splene cachino. Statuit tandem satyram scribere: quum non possit uanitates & ineptias hominum non ridere. Est autem hoc gestu quodam liberali cum iactatione utriusque manus: & cum decora capitis agitatione pronuntiando: quo melius deliberantis affectio exprimat. Splen uero graece: latine lienis & lien dicitur. Et ut cornelius Celsus de medicina uolumine quarto refert: sinistra in parte locatus est: intestino inexus: natura molis & rarus: longitudinis: crassitudinisque modicae. Eius uero magnitudo: ut plinius undecimo libro scribit: risum & intemperantiam ioci facit. Iure igitur satyram descripturus se esse dicit splene petulanti cachino: id est splene: qui risu luxuriat & abudet. Cachinus enim effusior risus est: reprehensionique admixtus. Scribimus inclusi: Hactenus tanquam operis proposito & describenda satyrae deliberatio quaedam fuit. Nunc uero narrationem ingreditur: primum inuehens in scriptores sua opera publice recitantes: & plausum popularem aucupantes. Verum quo magis reprehendere eos possit: in eorum numero se reponit. Includi autem dixit: uel quod secretis in locis a strepitu ac turba remotis scribitur. Vel ut eos reprehendat: qui ut diligentius atque accuratius scribere putarentur: secretiora loca quaerebant. De quibus Horatius. Secreta petit loca: balnea uitat. Numeros ille: Carmina certis numeris pedibusque finita: Pede liber: prosaicam orationem intelligit: quae licet numeros: concentusque suos & ipsa habeat: non tamen pedibus iisdem: quibus lex carminis circumscribitur

Grande aliquid quod pulmo animae praelargus anhelet: ostendit ampullosum aliquid turgidumque de scribere: quod postea magna cum anhelatione pronunciet. pulmo autem: ut Celsus in quarto scribit: Spongiosus ideoque spiritus capax est: & a tergo spinae iunctus in duas fibras unguis bibulae modo diuiditur. Sed eo cum respiremus: quod & spongiosus & fistulis inanibus cauus est: iure eum praelargum animae: id est spiritus capacem atque abundantem appellat: scilicet hic populo pexus. Qui aliquid mollius turgidiusque conscripserit: quum bene comptus atque ornatus molliter: ac lasciuie scripta sua pronuntiabit: uidebis ne dum uulgares ac uiles homines: sed uiros etiam militares ac nobiles tanta libidine affici: ut eam gestu & uoce significant.

IOAN. BRI. Natalitia sardonice: quæ die natali dono missa fuit. nã natalé dié celebrãtib<sup>9</sup> dona ab amicis mitti solebãt. Martia. de natali restituti. Certet muerib<sup>9</sup> beatiores agrippæ: tumidus negociator cadmi municipes ferat lacernas: pugnorũ re<sup>9</sup> ebriæq; noctis cœnatoria mittat aduocato: Infãmata uirg puella uicit: ueros Sardonycas sed ipsa tradat. Sardonyce: onyx gēma ē cui nomen ē cōiunctũ cū Sarda alio lapide: nam ut Sudines dicit auctore Plinio onyci cãdor ē unguis humani similitudinē: itē chrysoliti & iaspidis & sardæ unde nois societas orit<sup>r</sup>. Sardonycē Ptholomæus a sardonice mōte Indiæ deriuari scribit. ea usus est prim<sup>9</sup>

Onyx

Sardonyx

superior a phricanus auctor ē Plinius. Virili generi protuli Iuuenalis: In manibus densi radiat testudine tota Sardonyces. Tandē: signũ ē tarditatis: dictũ i exprobatōne nimii cultus: quod turpe esse i homie ostendit Ouidius: Sit procul a nobis iuuenes ut fœmina cõpti. Fine coli modico forma uirilis amat: Albus: mundus: politus: sic enim sperat populi fauorē promereri posse aut quod magis placet porphyriōni pallidus. Sede celsa: emineti cathedra. Liquido cū plasmate: irridet id uitium

quod frequēs erat apud recitãtes. nã ut uoce molliore pronunciarent plasmate utebant: unde Fabius Quintilianus ita eos suggilat. Lectio sit uirilis & cū suauitate quadã grauis: nō tamē i canticũ dissoluta: nec plasmate: ut nunc a plerisq; sit: effœminata. plasma genus esse potiõis ostēdit Cato cū ait. de plasmatis bibēdis: unde bene poeta dixit liqdo. i. nō spisso: sed diluto eo uox cõmendat a plasso uenit: quod est fingo & cõpono.

plasma

Guttur. accipit pro ea parte quæ ē a faucibus ad iugulũ unde Pli. guttur homini tantũ & suibus intumescit aquar: quæ potant plarunq; uitio: gula uero ea fistula appellat qua cibus atq; potus deuorat: cõstatq; neruo & carne: hæc tñ ab auctoribus cõfundunt. Colluerit: bibēdo lauerit. Fractus: in lasciuia p̄fusus dũ ipudica carmina recitat. Patrãtis: libidinãti quasi rē carmina recitãdo pficiat: patrare eni ē aliquid turpiter cõmittere: ut ille homicidiũ patrauit: ergo patrãti tremēti & libidinoso se agenti: quod libido efficere solet: ut Iuuenalis: oculosq; i fine tremētes. Ocello: satyricæ hois lasciuio ocellũ appellauit. Hic neque more probato: auditor

patrare

ipudentiã notat: quin turpi gestu & illiberali motu corporis recitãtes subsequunt. Hicq; ostēdit i scænis lasciuia carmina recitari cõsueuisse: quod ut turpissimũ notat persius: Quare nō debita laude fraudãdi sunt

Massilienses: qui i scænã ut Valerius tradit nullũ aditũ mimis dederunt q̄ eorũ argumēta maior ex parte stit. progre cõtinent actus: ne talia spectãdi cõsuetudo ē imitãdi licētiã sumeret. Hic: aut hic pro tũc: aut hic pro illic. i. s. auditorio. Neq; more p̄bo: sed lasciuo gestu. Voce serena: nec clara uoce sed tremula & fœminea quod libido solet efficere. Trepidare: quodam libidinis titilatu moueri & plaudere recitãti cū tam lasciuie pronunciet carmina. Ingentes titos: ironia est. i. romanos principes magnæ auctoritatis & urbis tutores: romanorũ enim est prænomen titus a tuendo unde & tituli milites appellantur: quasi tutuli q̄ patriam tuerentur. Cum carmina lumbũ Intranat: recipiuntur lumbis ubi sedes est ueneris & omnis libidinis excitatio. Scalpuntur: titilantur: Tremulo uersu: uoce tremula pronunciato a poeta.

BAR. FON. Natalitia sardonice: qua diebus natalibus uterentur. Fuit enim in magna quodã æstimatiõepolicratis Samii tyranni annulo maxime celebrata: qui circiter ducentessimũ: atq; trigessimũ annũ Romanæ urbis est interfecit. Apud romanos autem superior Africanus primum Sardonyco usus fertur: Hæc solã prope gēmarum cæram in signo non aufert. Et ob hoc initio in annulis placuit. Coloris est i candido cærulei cum quadam specie purpurea: ita ut transire in minium iudicatur. In india uero & Arabia: & Armenia nascitur. Sed deterior Armenica. Hæc & sardonycus dicitur. Vnde Iuuenalis: Gemmaque princeps sardonycus. Albus: pauidus. Vnde Horatius in Sermonibus. Piguem uitii: albumque neq; ostrea. Nec scaurus aut potest peregrina iuuare lagois. Hic autem & uitii & recitationis metu pauebat. Liquido cum plasmate: ad fauces molliendas: uocemq; suauiter emittendã nonnulli guttur emplastro colluebant: quod plasma a plauto græco uerbo: quod fingo: cõponoq; significat: appellabãt. Ex pluribus. n. liqdiõibus rebus cõmixtis uocẽq; adiuuatibus miscebat: Quã sane p̄nũciationē his uerbis Quintilianus libro priõ institutionũ redarguit. Sic aut i primis lectio uirilis & cū suauitate qdã grauis & nō qdẽ p̄fã similis qa carmẽ est & se poetæ canere testãt. nō tñ i canticũ dissoluta: nec plasmate: ut nũc a plerisq; sit effœmiata: Guttur mobile: ad gestũ p̄nũciãtis mobile retulit. Nũc. n. i dextrã: nũc i sinistra p̄tẽ guttur iflectit: mō ēt. p̄ rē de qb<sup>9</sup> loqmur diuersitate atq; natura: uel deprimũt uel attollit. Patrãti: fractus ocello: hic multa oris suauitate magnaq; gestus lasciuia. & ueneria oculorũ mutatiõẽ uersus p̄nũciãtis: ipso quoq; molliori obtutu ad libidinẽ auditores quodã mō excitabat. Qui uero uenerẽ pagũt: oculis cõtremiscũt. Inue. oculosq; i fine tremētes: Cũ aut huiusmõi rē pficiũt: id patrare latini dicũt: Patrãti. n. plutarcho auctore i p̄blemãtib; finitũ qdã ac determinatũ significat: Vnde & patres patratos dici putãt qd ad patrãndũ: hoc ē ad peragendũ iuramentũ ubi de fœderibus cõuenerat: mitterent. Trepidare: tremulo gestu & plausu lasciuia demonstrare cū tali p̄nũciatione ac gestu: & obtutu facile ad libidinẽ mouerent. Titos: titorũ prænômẽ ut Festus ait: a titulis ortũ ē: Tituli uero milites appellati sunt: quod fortiter patriã tuerent. Cũ carmina lumbũ intrãt: cum eiusmodi recitantium molles affectus lumbos penetrarent: prurigine ueneria tangebant. Ad nares enim lumborũ uergit extremitas in quibus libidinis sedes est. Virgilius in priapeis: crissabit tibi fluctuante lumbo.

Pater patratus

Tituli milites

Et natalitia tandem cū sardonice albus  
Sede legēs cæssa liquido cū plasmate guttur  
Mobile colluerit patranti fractus ocello.

Hic neque more p̄bo uideas nec uoce serena  
Ingentes trepidare titos: cū carmina lumbũ  
Intranat: & tremulo scalpuntur ubi itima uersu

*Handwritten note:* Hic est nota...

*Handwritten note:* Guttur accipit...

*Handwritten notes:* Vnde Fabius Quintilianus...  
Massilienses: qui i scænã...  
Ingentes titos: ironia est...

IOANBRI. Tun uetulae auriculis: hoc pender ex eo quod supra dixit. Tunc cum caniciem. reprehendit enim eos qui extrema aetate gloriam & laudem quaerunt scriptis suis. Tun uetulae: gestu ex candesceris & irati pronunciat: & eo uultu quo delinquentes coram corripimus. Uetulae: nomen est conuicii. Nam plerumque uetus infertur ad laudem: interdum ad uituperationem ut hic quasi cariosa & rancida. sic Terentius. Sed qui maliuoli ueteris poetae maledictis respondeat. Colligis escas Auriculis alienis: id est carmina scribis ut eorum delectatione aures uulgi pascantur. & inde te laudent. Auriculis: repetitio est facta ad maiorem indignationem. Terentius in Andria: Olim istuc: olim cum ita animum induxti tuum. Quibus & dicas cute perditus ohe. Irrisio est: qua ostendit quod turpe sit se ipsum ostentare. Cute perditus: ita quod senex ut iam cutem amiserit: quod in senibus accidit: unde Iuuenalis de sene: Deformem pro cute pellem. Ohe: uox bacchantium est: ut illud Horatii. Quo me bacche rapis tui plenum. Ohe recenti mens trepidat motu. Donatus tamen satietate significari docet ut Iuuenalis: Satur est cum dicit horatius ohe. Quid didicisse: hoc pender ex eo.

Tun uetule auriculis alienis colligis escas  
Auriculis: quibus & dicas cute perditus: ohe  
Quid didicisse: nisi hoc fermentum & quod semel intus  
Innata est rupto iecore exierit caprificus:  
En pallor seniumque: o mores: usque adeo ne  
Scire tuum nihil est. nisi te scire hoc sciat alter  
At pulchrum est digito monstrari: & dici hic est  
Ten cirratorum centum dictata fuisse

O quantum est in rebus inane: Nam ambitionem eorum irridet: qui ideo uirtutem colunt: ut famam & gloriam assequantur. Unde erumpit illud Iuuenalis: Tanto maior est famae sitis quam uirtutis quae enim uirtutem amplectitur ipsam praemia si tollat. Quidius in arte amandi: Quid petitur sacris nisi

tantum fama poetis? Hoc uotum nostri summa laboris habet. Quid didicisse: eclipsis est: subaudi aut prodest: aut iuuat: uel aliquid tale. Nisi hoc fermentum & quae semel intus: Innata est rupto iecore exierit caprificus: id est nisi haec tua scientia quae pectore tuo uix pro tumore contineri potest ostensa fuerit. Fermentum apte fermento scientiam ostentatoris comparauit: Nam quemadmodum fermentum quod a feruendo est dictum: farina inuolutum suo feruore erumpit & tumore: ita etiam scientia in ostentatoris pectore inclusa erumpere omnino cupit nec coerceri potest. Intus: in altitudine pectoris. Exierit: patefacta fuerit & diulgata. Caprificus: ex siluestri genere ficus est nunquam auctore Plinio maturescens: e muris maxime erumpit: Martialis. Marmora messalae findit caprificus. Iuuenalis. Ad quae discutienda ualent steriles mala robora ficus. Rupto iecore: perstat in methaphora: id est patefacto pectore. iecur nostrum est: epar uero graecum. En pallor seniumque: ironia est. quasi dicat & cur non ostendat scientiam suam cum ex nimio studio & pallore contraxerit: & senio sit confectus. O mores: exclamatio est cum indignatione in ambizioso ostentatore cum unusquisque conscientia benefacti contentus esse deberet. Scire tuum: hunc uersum allegat Quintilianus libro nono dicens in eo figuram esse quam regressionem appellat: quod saepius idem uerbum repetatur. At pulchrum est digito monstrari: hinc emergit omnis indignatio poetae ironia est. Marti. Sed toto legor orbe frequens & dicitur hic est. Et idem alibi. Rumpitur inuidia quod turba semper in omni monstramur digito

Ten cirratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas: id est pro nihilo putes quod in scholis magistri pueris dictata praebuerint ex libris tuis. Nam dictata sunt quae magistri pueris praebent imitanda: Nec ea tantum in litteris sed in aliis quoque artibus appellamus. Asconius his uerbis scribit. Ergo libellum ueterem uult intelligi attulisse Cecilius: unde magistri dictata pueris praebere consueuerunt. Suetonius Tyrone per equites romani ac etiam per senatores armorum peritos erudiebatur: precibus enitens: ut disciplinam singulorum suscipere: ipsique dictata exercentibus darent. Iuuenalis. Donec peragat dictata magistri. Horatius. Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit: Ut puerum saeuo credas dictata magistro reddere. Deriuatum est a dicto Nam dictare est enunciare quod alius excipiat & notet. Ten: pro te ne. ordo est: pro nihilo pendas te fuisse dictata centum cirratorum: id est ex libris tuis magistros dictata centum pueris prebuisse: Horatius in eos ita insurgit: An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina malis? Centum cirratorum: id est puerorum: quae aetas capillis gaudet. Nam cirri dicuntur capilli Cincini & torti. Martialis. Caput nudum cirris grandibus hinc & inde cingunt: idem alibi: Nec matutini cirrata caterua magistri. Iuuenalis. Flauam caesarem & madido torquentem cornua cirro. Carnes etiam ostreorum cirri dicuntur. Martialis & ostreorum rapere liuidos cirros.

BARTO.FON. Tun uetulae: eum reprehendit. quod tali scriptorum suorum recitatione uulgi fauorem captare: populoque placere: & ab eo laudari studeat. Auriculis quibus: non interrogantis est: sed uehementius admittantis: quasi non purgatis auribus & indoctis. Cute perditus: inflationem animi ummo artificio cutis tumori ac senectuti coniunxit. Ohe: ridentis Interiectio est: non respondentis: loquitur uerbis: quibus reprehenderetur: quod scripta sua populo recitaret: eiusque fauorem: Plausumque captaret: haec non sine laetitia quadam monitorem ridens respondet. Quid didicisse: per detractionem: ut Quintilianus in nono refert figurae multae sunt: quarum una est: cum subtractum uerbum

Dictare

Cirri

aliquod satis ex cæteris intelligit. Quale est i buccolicis apud Vergiliū: Nouimus & qui te. Deceter enim pudoris gratia stuprauerit: sustulit: Hoc itē in loco Persius breuitatis causa iuuat: substruxit ut sit. Quid iuuat didicisse. Hanc figurā eclipsem a grāmaticis appellari perspicio. Quæ fit necessariæ dictionis defectu ad integrum sensum percipiendum. Ex respondentis uero persona loquit: nil fore utile didicisse: nisi quæ didicerimus ostendamus. Nisi hoc fermentum: a feruendo dictum fermentum ē: quoniam feruefactum farinae immistum: optimum panem facit. Quemadmodum uero fermentum ui sua farinam disrumpens feruorem suum emittit: sic scientia & doctrina in humano pectore inclusa: exire ac suas ostendere uires cupit. Rupto iecore exierit caprificus ut parietes ac sepulchra caprificus penetrat ac disrumpit: sic in eo qui doctrinam intus conceperit: doctrina illa sicut caprificus penetrare: ac iecore tanq̄ muro disrumpo exire nititur: Verum in fermento & caprificu: translatio color est q̄ ex alia re: propter similitudinem fermentū & caprificus: ad rerum cognitionem: ac scientiam transferuntur. Iecur autem a nostris: epar ag racis appellat: ut Celsus in quarto scribit: dextra in parte sub præcordiis ab ipso septo ortum: intrinsecus gibbum ē: quid prominens leuiter uentriculo insidet: & in quattuor fibras diuiditur. Caprificus uero e siluestri genere ficus ē: nullo unquam tempore maturescens: sed omnia in quibus nascitur loca ui sua penetrans. En pallor seniumq; o mores: Suo loco & tempore exclamatione utitur: cū significatione indignationis: atque doloris: Eum enim indignanter reprehendit: qui cum etiam senio paleat: ita tamen alienū a bonis moribus se ostēdat. ut scientiam: quæ non aliis innotescat: nihil possidenti profuturam existimet. Scire tuum nihil est: nisi te scire hoc sciat alter: Figura locutionis utitur: quam regressionē Quintilianus appellat. Fit autem quandoque in eodem sensu: quandoque etiam in diuerso: cum eadem uerba ponuntur. Interdum etiā uerborū iteratione mutata. At pulchrum est. Superiori interrogationi respondet aduersarius: pulchrū esse prætereuntium digito demonstrari. Et dicier: Paragoge figura est: cum ad finem dictionis littera uel syllaba apponitur. Dicier enim pro dici legitur. Ten cirratorum. Interrogat an parui æstimet a multis concelebrari Cirri uero capitis crines & contorti capilli sunt. Vnde cirrati pueri qui in cirris utuntur eiusmōi nominant. IOAN. BRI. Ecce inter pocula quærunto Rosa fatyrico risu in eos inuehit qui epulis repleti inter ipsa pocula de scriptis alienis disputat: cum uerū iudiciū tunc ferri nō possit: Vnde Horatius. Discite non inter lances mensasque nitentes: Cum stupet infans acies fulgoribus & cum Acclius falsis animus meliora recuset. Veḡ hic impransi mecū disquirite. Et paulo infra: Male uerum examinat omnis corruptus iudex: quasi dicat rectū iudiciū fieri non posse cum crapulatus fueris: Hocq; inuidiose in neronem dicit: qui ut auctor est: Cor. tacitus etiam doctoribus sapientiæ impartiebat post epulas. Ecce: incipientis est demonstratisq; rem nouam & inauditam: cum indignatione & animi impatientia dictum ecce. Inter pocula: hinc exit indignatio & ardor poetæ. Romulidæ: romani ironice id est non Romulo similes: qui summa sobrietate ad res gerendas descendebat. Quod docet. L. piso frugi: quem ad cœnam uocatum ait nō multum bibisse: quia post die ne gocium haberet: Saturi: post epulas. s. Quid dia poemata narrent: id est scribant tractent. Hic: id est in cōuiuio. Cui circa humeros & ianthina lena est: a qualitate uestis diuitem designat & nobilem: de Nerone puto intelligi: cum reliqui conuiuæ in eius gratiam & assentationem qualiacūq; pronūciaret carmina laudarent: Nam illud constat carminis studiosum fuisse & sæpe priuatim & publice: ut diximus carmina decantasse. Lena: uestimenti genus habitus duplicis: quod ita appellatam existimant tusce: quidam græce chamyda: auctor est Festus. Virgilius loquens de Mercurio: Tyrioque ardebat murice lena Demissa ex humeris. Ianthina: id est coloris uiolacei: Ion enim uiola: Anthos flos: nam ut scribit Plinius: ex uiolis: quarū plura sunt genera Purpureæ: Luteæ: Albæ: quæ sponte apricis & macris locis proueniunt: Purpureæ: Latiore folio statim ab radice carnosa exeunt: solæque græco nomine a cæteris discernuntur appellatæ. Ita ut ab his ianthina uestis. licet apud plinium legatur iacynthina uestis & paulo inferius iacynthinum deprauato textu A uiola ergo quæ ianthis appellatur ianthina est uestis. Luxuria enim: auctore plinio: uestibus quoque prouocauit eos flores qui colore cōmendantur. Hos ait tres esse principales: vnum in cocco qui in rosis micat quo nihil gratius traditur aspectu & in purpuras tyrias dibaphasque aut laconicas. Aliū Amethiston quio la: & ipse in purpureū quenque ianthinū appellauit: legendum itaq; erit. Cui circa humeros & ianthina lena ut interferatur hæc particula: & nam aliter uersus non staret: corripit enī prima syllaba in ianthina. Martialis: Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ. Hincq; apparet magni prætii fuisse eam uestē. cum Martialis ostendat tale munus nō conuenire meretrici. Et hæc particula ad indignationē posita est: ut illud. Et quisquam nūmen iunonis adoret? Racidulū quiddam: putidum & insipidū: sumpta translatione a carnibus rācidis: unde Hora. Rācidū aprū antiqui laudabant. Balba de nare locutus: hinc idignat q̄ pnuntiatione malos uersus & aliena scripta iuuare cōatur. Balba nare. Balbutienri. phyllidas: fabulā phyllidis. phyllidas hypsipylas: nūero plurali Satyricè dixit: q̄si quæ a multis scriptæ essent. phyllis regia thracū fuit Demophoontē Thesei filiū regē atheniensū redeuntē de troiano prælio dilexit: & i cōiugiū suū rogauit.

1. m. d. 1.  
P. d. p. d. m. d. a. d.  
m. d. p. m. a. b.  
d. m. d. p. m. a. 2.  
m. d. p. m. a.

lena quid

Ianthina uestis

phyllis

Ille ait se ante ordinaturū rem suam: & sic ad eius nuptias reuersurū. Profectus itaq; cum tradaret: phyllis & amoris impatientia & doloris impulsu q̄ se spretam credebat laqueo uitā finiuit & cōuersa est in arborē amigdalam sine foliis. postea reuersus Demophoon cognita re illius amplexus ē truncū: qui uelut sponsi sentiret aduentū folia emisit. de hac & Ouidius & multi alii scripserant. Hypsipylas: hypsipyle Thoantis filia temporibus argonautarum a mulieribus Lemni regina constituta fuit eiectis maribus: nam cum Vulcanus Veneris cū Marte adulteriū deprehendisset in Lemno: ut scribit Statius: Lemniades tanto uenerem contemptui habuere: ut cū omnibus diis sacrificarent illam omnino sine honore ommitterēt. Quæ illis irata omnibus fetorē hircinum immisit: ob quod a uiris euntibus in bellum aduersus thraces spretæ cōmuni omnium consensu uiros e bello reuersos interemerunt omnes: præter hypsipylem: quæ patrem Thoantē seruauit: eum quæ nauī imposuit: quem prospera navigatione Bacchus eius pater in Coum insulam perduxit: at Hypsipyle struō rogo in propria regia: alterius suppositi. funera pro patre quem occidisse aiebat celebrauit. Mox cum argonautæ Colchos proficiscentes eo puenissent ab iis fœminis hospitio ac lecto suscepti sunt: Et Hypsipylem Iason cum bienniū cū ea commoratus esset: hortantibus deniq; sociis pro discessu grauidā reliquit quæ gemellos peperit Thoantē. s. & Euneum: quos deinde mater extra insulā alendos misit: ne contra legem masculi domi nutriantur. Seruatū igitur Thoantem ab Hypsipyle cū Lemniades cognoscerent: eam ut perfidam ad cruciatū poposcerunt. At ea fugiens a piratis in littore capta: Lycurgo regi Nemeæ dono data fuit. In cuius seruitio dum filiū eius opheltem qui postea Archemorus est dictus nutritrix aleret: Et redeuntibus ab obsidione Thebarum regibus argiuis: ac in nemea Sylua siti pene pereuntibus aquam indicaret: suosq; interrogata casus exponeret: a filiis qui cū Adraсто erant cognita fuit: in quorū amplexibus dum morat̄ infans: quem inter flores & herbas ludentē liquerat a serpente necatus est. Quod Lycurgus pueri pater sentiens mulieri necem parabat: sed a regibus & filiis seruata est. Vatum & plorabile si quid: deest: est: ut sit: Et si quid est plorabile uatum. i. si quid aliud poetæ flebile scripserunt iis simile id ē elegiam quæ carmen miserabile significat: ut Ouidius Elegi flebile carmen.

**BAR. FON.** Ecce inter pocula: Persii uerba sunt eorū consuetudinē reprehendentis: qui scripta sua recitaturi familiares & notos ad cœnam conuocabant: quo postea sibi magis applauderetur. Ostendit autē beneficis obnoxios beneq; saturatos non rectū de poetis iudicium ferre posse. Et ianthina lena. Iacynthinā uestem ab iacinto puero ab apolline dilecto: atq; ab eo per imprudentiā interfecto & in purpureū florē sui nominis uerso: in quē & Ajax quoq; conuersus est cognominari ferre ab omnibus uideo. Verū non iacynthina sed ianthina a uiolæ colore quasi uiolacea legendū ē. Ion. n. uiolā: anthos florem significat. quod Plin. i. & xx. lib. de uiolis scribens his uerbis ostendit. Ex iis uero quæ sponte apricis & macris locis proueniunt purpureæ latiore folio statim ab radice carnosa exeunt: solæq; græco nomine ab cæteris discernunt̄ appellatæ: ita ut ab his ianthina uestis. Cum itaq; Plin. ianthinā uestem a uiola appellatā dicat: ianthis uero uiola sit: nemo debet ambigere nequaquam ab iacinto cognominari. Licet enim iacintus flos sit purpureus: ut apud Virgilium: Suaue rubens iacintus: inter uiolas tamen neq; a ueteribus neq; a nostris herbariis numeratur. Nam nec foliis nec caule nec radice uiolæ est ulla in parte cōsimilis: flore autē omnino dissimilimus: Est enim flore lilio par: nisi tantum colore distaret: De quo ita scribit Ouidius. Tyrioq; nitetior ostro Flos oritur: formamq; capit quam lilia: si non Purpureus color his argenteus esset in illis. Quare cum iacintus uiola non sit. Plin. autem a uiola uestem cognominatam scribat: uerisimilius mihi sit antiquiores librarios iacynthinam pro ianthina nominis deceptos similitudine inuertisse. Martialis quidem libro secundo ianthinam non iacynthinā uestē scribit: Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ. Vis dare quæ meruit muneramitte togā. Quoniā uero ianthina prima syllaba breui legitur: eorundem quoq; uitio factum est: ut cum & ianthina scriptum in persianis codicibus inuenirent: ignari cur & copula cū ianthina iungeret̄ iacynthi in purpureū florem conuersi memores aliquantulū primis litteris immutatis iacynthina ipsi describerent. Et uero pro etiā ad maiore ignominiam recitantis nō sine summo artificio Poeta posuit. Nā cū circa humeros & ianthina lena hoc est etiam purpurea uestis: sit maiorem profecto reprehensionē meretur q̄ si necessitate & inopia urgeretur. Quod ita esse non modo colore: sed etiam habitu uestis: ostendit. Lena enim serui ac Festo auctoribus uestis genus est habitus duplicis & amictus auguralis. Qua non solum domi: sed & militiæ utebantur. Nam super cætera uestimenta Marcello teste imponebatur. Virgilii eam Aeneæ tribuit: Tyrioq; ardebat murice lena Demissa ex humeris. Iuena. quoq; non humili uiro dedit: Cauet hunc quem coccina lena Vitari iubet: & comitum longissimus ordo. Reliquum est: ut siue iacynthinam uestem ab iacinto flore purpureo: ut iam prope usus obtinuit: nominemus: siue ianthinam a purpurea uiola: ut scribit Plinius appellemus: nihil ad poetæ sensum pertinere sciamus. Legentes hæc pro suo arbitrio iudicabunt. Cæterum quis hic sit: cui lena purpurea erat: circa humeros ignoratur. Quidam Nero nem intelligunt: quem & carmina scriptitasse: & poemata decantasse: constat. Nonnulli generaliter dictum esse in omnes scripta sua recitantes existimant. Ab habitu quidem uestis & audientium assentatione uir non ignobilis demonstratur. Rancidulum quidam: translatio a sapore ad uerba est. Rancidulum enim non integri saporis & uetustate corruptum est. Balba de nare: in pronuntiantis irrisionem hoc posuit spiritus enim ad nares cum labitur: & in uerba difficulter conciditur: & pronuntiationem ingratham reddit. Phyllidas: hypsipylas: Phyllis Lygurgi thraciæ: Hypsipyle thoantis lemni regum filiæ fuerunt misera biles in amore Phyllis in Demophoontem: Hypsipyle in Iasonem.

IOAN.BRI. Eliquat: id est cū uocis lenocinio pronūciat tractū ab iis quæ igni aut calore aliquo liquari solēt. Supplātat: supprimit. i. nō apta uoce effundit: sed q̄si uoce strangulata pronūciat quo leuius & suauius esse uideatur. Tenero palato: aut ironia ē. i. palato delicato: aut palati epithetō. Assensere uiri: ironia ē & risu pronūciāda quæ sequunt̄. Viri: ironicos q̄si mulieres. Assensere: probauere q̄ dixerūt. Nunc nō cinis illæ poetæ felix? Verba laudantiū scripta aliena: ironia est poetæ. Non leuior cippus nunc imprimit ossa id est certe ita benedixit poeta: ut eius ossa deorū beneficio lapide sepulchri nō urgeant: talia solēt mortuis optari. Ouidi. Ossa quietā precor tuta requiescite

ī urna. Et sit humus cineri nō onerosa tuo. Iuue. Dii maiorū umbris tenuē: & sine pōdere terrā Spirātesq; crocos & ī urna ppetuū uer. Mar. Sit tibi terra leuis molliq; tegaris arena. Tibull<sup>o</sup> uero cōtra: O tu q̄ uenerē docuisti uēdere prim<sup>o</sup>? Quisq; es ī felix urgeat ossa lapis. Cipp<sup>o</sup> sepulchrū. Ho. Mille pedes ī frōte: trecentos Cippus ī agrū hic dabit.

Laudāt cōuiuæ: irrifio ē ī laudātes q̄ ī assētationē principis ita laudāt carmīa ab eo recitata. Nūc nō e māibus illis: laudātiū uerba. Manib<sup>o</sup>: manes antiquas īferorū dixerūt. Manes tñ dii ab augurib<sup>o</sup> uocabant̄ q̄ p̄ eos oia manare credebāt: eosq; deos supos: atq; inferos dicebant. auctor ē Festus.

Fortūataq; fauilla: morē antiquorū respexit: apud quos corpora mortuorū cremabāt: licet id apud romāos ueteris īstituti: terra cōdebāt. At postquā ut scribit Pli. iōginqs bellis obrutos erui cognouere: tūc īstitutū: tamē multifarie priscos seruauerit ritus. Sicut ī Cornelia domo: nemo āte Syllā dictatōrē tradit̄ eē crematus. Idq; eū uoluisse ueritū talionē eruto. C. Marii cadauere. Rides ait: uerba monitoris ītroducti ad Persium.

Vncis narib<sup>o</sup> indulges. Ridēdo. n. nares ī rugas cōtrahunt. Mar. Et pueri nasum thinoerotis habent. Ho. Acutis narib<sup>o</sup> horū hominū rideri possit: Et alibi: Persius. Ingeminat tremulos naso crispate cachinos. Nares: a naritate ideo dictæ sunt q̄ nos odoratu doceāt: præsto & ppe eē q̄ adhuc oculi nō uidēt. An erit qui uelle recuset os populi meruisse: id est iueniet̄ ne q̄spia q̄ plausū populi & laudes cū ex merito ueniāt cōtēnat: Os populi. i. laudē. Cedro digna. i. quæ ppetuo seruent: illi. n. tāta uis ē & præcipue quæ ī Syria nascit̄ ut in ægypto corpora hominū defunctorū p̄fusa eius liquore qui ex ligno mō aquæ fluit seruent. libri auctore Vitruuio oleo cedrinō tincti nō timēt tineas: nec cariē. Et Hemina ī annalibus scriptū reliquit: libros Numæ reptos a Cn. Terentio sub laniculo nū fuisse cōsumptos quīs ānis q̄ngētis. xxxv. ī fossos quoniā cedratī essent. Mart. Quæ cedro decorata purpuraq; nigris pagina creuit umbilicis. Idē alibi Cedro licet ambules punctus. Hor. speram<sup>o</sup> carmīa fingi posse linēda cedro. Ouid. Nec titulus minio: nec cedro charta notet. Scōbros metuētia. Papyraceis cucullis salsamēta uēdebant. Mar. Nec ronchos mctues malignorū: Nec scōbris tunicas dabis molestas. Scōbros piscis ex quo laudatissimū fiebat garū: hoc salsamēti genus ē. Marr. Expirātis adhuc scōbri de sanguine primo. Accipe fastorū munera cara garum. Hic dicta ē. Herculis Insula ad carthaginē spectans a scombrorum multitudine captorum Sombria. auctor est strabo. Nec tus: In Arabia colligitur in sabota monte excelso: Regione saba. saba uero mysterium: significat: ut græci interpretantur. Virgi. India mittit ebur: molles sua tuta sabæi.

BAR.FON. Eliquat: liqda molliq; uoce pronūciat. Tenero palato: in trāslatiōe uerborū manet. Supra. n. dixerat Liquido cū plasmate guttur mobile colluerit. Nūc uero eliq̄re: & tenero palatū ob eiusmōi cām dicit Supplantat uerba: moli uoce pronūciare ac quodāmō de idustria extrēis syllabis uerba iculcare eorū ē: q̄ auditores ad libidinē excitare cupiūt. Nā cū leuiter uox infringit: sonns ipse manat iocūdior. De cōsimili pronūciatiōe. Iuue. ait: Vox blāda & nequā digitos habet: hūc tamē pronūciādi modū. Quinti. primo īstitutionū his uerbis reprehēdit: In primis uitia siqua sunt oris emēdet: ut expressa sint uerba: ut suis quæq; litteræ sōis enuncient̄: & paulo post curabit etiā ne extremæ syllabæ itercidant: ut par sibi sermo sit. Assensere uiri: quāuis auditores assenserint: nō tamē propterea bonū ac pbandū poetā esse significat. Nunc nūc in dictione nō repetito color est: quæ tullio auctore fit. cum continenter ab uno atq; eodē uerbo in rebus similibus & diuersis principia sumuntur: cuiusmodi apud Vir. Num sigeis occumbere campis: Nū capti potuere capi: nū incensa cremauit Troia uiros? Nū leuior cippus: terra coaggerata in cumulū cippus est & p̄ sepulchro interdum capitur. Hora. ī sermoni. Mille pedes in fronte: trecentos cippus in agrum hic dabat.

Rides ait: respōdentis loquit̄ uerbis. Et nimis uncis naribus indulges: nimis irrides: nasum. nā rugas crispans cū quēpiā irrideūs. Hora. naso suspendis acuto. Os populi sermonē ac laudē: quæ quia nō nisi ore fieri potest: id quod facit pro eo quod fit denominauit. Et cedro digna: elegātia & ppetuo seruari digna. Cedrus. n. arbor tineā nescit: & nō facile uetustate corrumpit̄. Scōbros: marini pisces scombri sunt: quibus in aquis sulphureus color est: extra aquas uero idē: qui cæteris atq; ut strabo. uolumine. iii. auctor ē: ex his harū optimū: hoc salsamenti genus est: condit̄: quo liquore: ut scribit. Pli. nullus pene præter unguēta maiore ī pretio esse cepit: tanta uero scombrorū multitudo in freto hispano est: ut insula ad carthaginē nouam spectans: ab eaq; urbe ad quattuor & xx. stadia distans a scombris sit scombria nuncupata.

Manes

Cippus

Sombri

IOAN. BRI. Quisquis es o modo. Monitori introducto respōdet Persius. Nō ego cū scribo si forte qd ap-  
 tius exit laudari metuā. Hoc ad illud refert. An erit q uelle recuset os populi meruisse. Sensus ē: Nō nego i-  
 quit si qd recte a me scriptū fuerit: mihi quoq; placere laudes populi. Quādo hęc rara auis ē. Verecūde suas  
 extenuat uires: sūpta ē trāslatio ex phœnice: quē unū ī toto orbe tradūt Aquilæ magnitudīe: auri fulgore cir-  
 ca colla: cætera purpureū: cæruleā roseis caudā pēnis distiguētibus: cristis faciē caputq; plumeo apice hone-  
 stare: Sacrū ī Arabia soli esse. uiuere annis sexcētis sexaginta pdidit Manilius senator ille maximus nobilis  
 Quisq; es o mō quē ex aduerso dicere feci  
 Non ego cū scribo: si forte quid aptius exit  
 Quādo hęc rara auis ē. siq; tamē aptius exit  
 Laudari metuā: neq; n. mihi cornea fibra ē  
 Sed recti finēque extremūque esse recuso  
 Euge tuū & belle: nā belle hoc excute totū  
 Quid non intus habet: non hic ē ilias acci  
 Ebria ueratro: non siqua elegidia crudi

doctrinis doctore nullo: Senescētē casia: turisq; sur-  
 culis cōstruere nidū replere odoribus & supemori  
 ex ossibus deīde ac medullis nasci primo ceu uer-  
 miculū: deīde fieri pullū: Corneli⁹ Valerianus phœ-  
 nicē deuolasse in ægyptū tradit: allatūq; esse ī urbē  
 Claudii p̄cipis celsura & ī comitio positū: quæ oia  
 ut fabulosa scribit Pli. Oui. Et uiuax phœnix unica  
 sēp auis. Fibra pest⁹. Fibra extremū dī iecoris & cu  
 iusq; fere uisceris. Antiq; fibrū dicebāt extremū: undē  
 & ī sagis fimbriæ dicunt auctor ē Varro. Fibrae itē  
 dicunt in portis & in arboribus: Cornea: dura. ut  
 laudis dulcedine non moueat. Corneū & a corno  
 & a cornu deduci potest: a corno. Virg. Cornea bi-

Fibra

Corneus

na ferunt præfixa hastilia ferro. a cornu Pli. Pro labris cornea & acuta uolucris rostra. Sed recti finēq; ex-  
 tremūq; esse recuso. Euge tuū & belle: hoc pendet ex stomacho superiorē carminū: Quid didicisse: nisi hoc  
 fermentū & quæ semel itus Innata est rupto iecore exierit caprificus. Sēsus. n. est. Recuso laudē esse eā pro-  
 pter quā rectum sit colendum: qā sublata laude sequerēt uirtutes nō esse collēdas. dicit igit se recusare lau-  
 dē eā esse ad cuius finē & summū rectū sit collendū. Nā p se uirtus ē colenda. Vnde exclamat Iuue. Tanto ma-  
 ior famæ sitis ē q Virtutis. quis. n. uirtutē amplectit ipsam Præmia si tollas? Ordo ē. Recuso euge & tuū bel-  
 le esse finē & extremū recti: Recuso euge & tuū belle. i. laudes & adulationē qbus hoc modo recitantibus ap-  
 plauditis. Esse finē & extremū recti. i. esse eas ad quæ finē: rectū. i. uirtus colat. Finē & extremū: exaggera-  
 tio est: idē. n. sonāt. Nā belle hoc excute totum: Quid nō itus hēt? hoc dicit. Si bene has laudes ispexeris: eas  
 adulationū & irrisiōnū iuenies plenas: nec ex uero p̄ficisci iudicio. hinc ē idignatio poetæ. Belle hoc. i. hęc  
 laudē qua recitātes excipiunt ab auditoribus. Excute: euolue. ispice. tractū a uestibus ex qbus puluis excu-  
 ti solet. Quid nō itus habete. s. adulationē & irrisiōnis: unde seq̄ exclamatio poetæ: O iane a tergo quē nul-  
 la ciconia pinxit. monet itaq; laudibus credendum nō esse: cū eā ex assentatiōe magis & irrisiōe p̄ficiscant  
 Nō est hic ilias acci: auferte inqt istas uestras laudes: quæ irrisiōnis plenæ sunt: nā nō sum ego labeoni & p̄-  
 ceribus similis q etsi male scribāt: laudis tamen tā cupidi sunt ut laudatore cœnis cōducant: Sicq; sua tēpora  
 notat. Non est hic ilias acci. i. hic liber meus nō est ilias acci labeonis: de quo supra dictum q laudē quærat  
 Ebria ueratro: ironia est. i. plena ueratri. i. elebori: qd ut melius scriberet sapi⁹ sumpserat. Id. n. potabat ad  
 aciē igenii ppurgandā. iccirco Carneades Achademic⁹: ut scribit Gellius respōsurus libris stoici zenonis ele-  
 borē cādīdū sumpsit. Sumebat autē tutissime ī Anticyra isula. Oui. Ibibe dixissem purgātes pectora succos:  
 Quicqd & ī tota nascit anticyra. Quare eo ut scribit. Pli. Liuius Drusus nauigauit cū morbo comitali labo-  
 raret: sumptoq; eleboro liberatus est: id humeros noxios & isaniā hoīs emendat: neq; hyme neq; æstate re-  
 cte dat: optime uere: tolerabiliter autumnō. auctor est Celsus. Nō siqua elegidia crudi Dictarūt p̄ceres: or-  
 do est: hic liber meus nō ē eligidia: siqua crudi p̄ceres dictarunt. i. nō ego similis sum diuitibus & primori-  
 bus qui siue elegias siue quid aliud scribentes laudē cœnis & muneribus uenantur. Elegidia elegidium  
 diminutiū est græcū ab elegia. i. uidiōse & satyrice diminutiū usus ē: ut ostendat eos etiā in minima re lau-  
 dem quætere. In elegis claruerūt apud græcos Callimachus. Philetas: Alexāder ætholus: Anthimachus: Ca-  
 linus: Mimnerinus: Tyrtheus lacedæmonius: Apud latinos uero Tibullus qui auctore Fabio tersus atque  
 elegans auctor est talis carminis. Propertius: Ouidius. Gallus. Caluus. Catullus. Instituti elegi primū deffē-  
 do desyderio mortuorū: mox ad amores traducti: sed nomen tamen retinuerunt a miserabili cantu quo oli-  
 mortuos deplorabant: Nam eleo idem est quod misereor. Crudi: quod corporis est: ad animum transtulit  
 crudi. n. dicuntur cibi non cocti: & qui non facile cibos concoquūt. Ergo crudi idest non docti. non perfecte  
 scientiæ. Peoceres: primores & principes urbis dicti q emineant in ea: sicut in ædificiis multi hoc est capi-  
 ta trabium quæ proceres. dicuntur. Neronem notat qui iuuenis carmina elegiaca scripsit. ut ostendit Mar-  
 tialis. Ipse tuas & ueritus Nero dicitur aures Lasciuum iuuenis cum tibi lusit opus.

Excutere

Elegidiū

crudi  
 proceres

BAR. FON. Quisquis es o mō: respōdet Persius nō se uera laudē quæ ex recte scriptis oriat: reuere: sed plau-  
 sus affētatorē cōtenere. Si forte qd aptius exit. si qd apte cōci neq; descripterit: qd raro paucisq; cōtigat. tūc lau-  
 dē meritā nō recuso. hoc at loco cōduplicatio ē rōe amplificatiōis: facta pluriū uerborū iteratiōe. Neq; n. mi-  
 hi cornea fibra nō ita dura precordia mihi sunt ut laudis amore nō afficiat. Fibre uero qquā & iecoris & cor-  
 dis & cuiusq; uisceris extremae ptes & uenæ quoq; pretenuēs qdā meatus p quos sudor emata sūt tñ etiā  
 quādoq; arboribus tribuunt pli. n. de arborē satiōibus solū ait legi oportere q maxie rimosū ne sol exurat fi-  
 bras: qui uero laudis spiritu non afflantur: corneas quasi preduras fibras habere dicuntur. Sed recti finem

b

Sed recusio tuū hoc euge & belle & assentatiōes eiusmodi finē & extremū recti q̄si uerā laudē eē: quæ i tali ap-  
plausu nō cōsistit. Nā belle hoc excute totū. Hoc totū belle exteriori ex pte atq; excute intrinsecus uitiatū &  
uanū ē: Bellū aut̄ d̄riuatū a bono ē. Quid nō itus hēt? Assentatio. n. multū uitiōis & uanitatis intrinsecus ha-  
bet. Nā ut degnatiōe parmēno apud Terētiū ait: Assentator hoīes p̄sus ex hoībus stultis īsanos facit. Nō ē  
hic ilias acci ebria ueratro. Hic nihil simile īsanis scriptis Accii reperit. Sūt q̄ hūc Acciū ieruditū poetā autu-  
māt. Homeri iliadā latinis uersibus traſtulisse: q̄ ita male cōuerterit: ut ne ipse qdē opus suū itellegerit: ac p̄-  
pterea helleboro se purgarit. Quidā Acciū tragœdiarū scriptorē itelligūt. Cuius lib. īfra quoq; uenosū scribit  
Sed q̄q; fuerit eius opus tāquā īsanū ueratro: qd̄ & helleborū d̄i ebriū esse significat: Elegidia: Elegidiū ab  
elegia diminutiū d̄ducit. Crudi p̄ceres Crudū cōtrariū cocto dicimus. Sed de stomacho loq̄mur: nō q̄ i  
coctū assumptū sit: sed q̄ stomachus nō bene cōcoxerit crudū itelligimus. Iuue. Crudū pauonē i balnea por-  
tas. Hoc uero a stomacho ad indigestū carmen Persius rettulit. Lectis i citreis: Vel qd̄ i tabellis citreis hoc  
ē ex citro arbore factis atq; selectis describit. Vel quoniā antiquores poetæ parietes cubiculi icarabāt ut si q̄  
noctu intra lectū carmina excogitassent: illic stillo facile annotarēt. Hora. Immeritusq; laborat. Iratis natus  
paries diis atq; poetis. Citri sane arbor nō multū crescit: & folia hēt maiora quā laurus. i atlāte at̄ mōte pluri-  
ma nascit. De ea Mar. Et maurisi aci pondera cara citri. Calidum scis ponere sumē: Et cenam dare & lacernā  
uestem donare scis tua carmina laudaturis. Sumē uero porcarum mamma salita est.

Dictare

IOAN. BRI. Dictarūt p̄ceres: dictare: ut dictum est  
enūciare qd̄ ali⁹ excipiat. unde dictata: In lectis ci-  
treis. i. discubitoriis. nam antiq̄ in lectis discumbe-  
bant: Hor. Sæpe tribus uideas lectis cœnare q̄ter-  
nos Iuue. Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto.  
Terē. Lectulos i sole iligneis pedib⁹ faciūdos dedit  
ubi potetis uos. Vir. Auleis iā se regia sup̄bis Auia  
cōposuit spōda. Eosdē toros appellarūt. Mar. Impe-  
rat extructos soluere nona toros. Vir. Inde toro pa-

Dictarūt proceres: nō quicquid deniq; lectis  
Scribitur i citreis calidū scis ponere sumē  
Scis comitē horridulū trita donare lacerna  
Et uerū inquis amo: uerū mihi dicitō. de me  
Quipote uis dicam: nugaris: cum tibi calue

ter æneas sic orsus ab alto. i. lecto discubitorio: cōtra eos q̄ toros p̄ sellis exponūt: cū nusquā hoc iueniatur  
Hoc ideo d̄ lectis studiosius scripsi: ut iperitiores hoc loco lectos discubitorios itelligāt: nō autē ubi dormi-  
rent. Nā cœnātes plerunq; (tāto. n. scribēdi studio tenebant) carmina dictabant. Ho. Mutauit mentē popu-  
lus leuis: & calet uno Scribendi studio pueriq; patresq; seueri. Frōde comas uincti cœnant: & carmina dictāt  
Lectis citreis: hominē diuitē designat. Atlas mauritaniæ mons citrum arbore producit: unde mensæ citreæ  
siebant tāta taxatione ut hæc sumptus fœmiæ uiris exprobarēt: cū ipsis margaritæ luxur exprobraret eæ  
præcipue laudabant quæ nudatim pauonū caudæ oculos imitabāt: tanto auro rependebāt. Mar. Accipe fe-  
lices atlantica munera syluas: Aurea qui dederit dona maiora dabit. Et tricliniorū lecti discubitorii his tabu-  
lis operti pauonini dicebāt. Mar. Nomina dat spōdæ pictis pulcherrima p̄nis: Nūc iunonis auis: sed prius  
argus erat. Calidū scis ponere sumē: hinc excād̄ exit poeta q̄ laudatores cœnis & muneribus cōducat. Hor.  
Nō ego uetofæ plæbis suffragia uenor. Imp̄sis cœnarū & tritæ munere uestis. Nō ego nobilium scriptorū  
auditor. Mar. Quod tā grāde sophos clamat tibi turba togatata Nō tu pōponi: cœna disertā tua ē. Sumē: ex  
papillis porcæ lactātis fit: ut placet Plinio: idq; optimū ex porca primipara potiusq; uetē q̄ nouella: sit modo  
fœtus nō hauserit. Mart. Esse putes nōdū sumen sic ubere largo Effluit: & uiuo lacte papilla tumet. Et uege  
inquis amo: uege mihi dicitō: q̄ scribebāt quāuis munerib⁹ & cœnis laudatores conducerent: tamen se assēta-  
tiones odisse mōstrabāt: & ueritatē quidē amare. Mart. in Gallicū. Dic uege mihi marce: dic amabo. Nihil est  
qd̄ magis audiā libēter. De me: cum īferioribus cōiūgunt: ut sit s̄sus & ordo. De me q̄s populi sermo: cæ-  
tera quæ interponūt a poeta tanto stomacho & irrisione īferunt: ut singulis pene uerbis ardeat indignatio.

Sumen

Quipote. i. quō possibile ē te & his uege audire: q̄ ob cœnas & munera accepta tibi assētari cogūt? Qui: p̄-  
quō. Terētius: Qui scis? Vis dicā: q̄si ille differit: cur nō mihi uege dicet? Nugaris cū tibi calue Piguus aq̄licu-  
lus: p̄. se. ex. īsanus qd̄ es si ex te p̄ficisci putas q̄ digna sint laude: cū uet̄ri tātū īseruias. ex quo inuit̄ ex cras-  
so homine & gulæ tantū indulgētī subtilē sensū nō elici: nā ut scribit Plinius. Magis auidi sūt ciborū: q̄bus ab  
aluo longius spaciū: Idē. minus solertes q̄bus obefissimus uenter. i. pinguis. Nugaris. i. p̄ nugaris carmiā tua  
habenda sunt. i. male quidem uersificaris: nec aliter fieri potes: ut bene scribas cum epulis intentus: sis.

Lacerna

BAR. FON. Scis comitē horridulū: Pro tremētī horridulū pōit: quoniā frigus horrorē solet iducei. Virg.  
Cāpiq; natates lenibus horrescūt flabris. Lacerna trita: Lacerna gēus uestis est: Iuue. Crispus tyrias hūero  
reuocāte lacernas: Vnde lacernatus: lacerna indurus d̄ducit ut aput eundē poetā: Ipse lacernatæ dum se ia-  
ctaret amicæ. Quipote: Quomodo possibile est? Nā hic & hæc potis & hoc pote dicitur. Vnde cōparatiū  
potior & superlatiū potissimus: Et aduerbia potius & potissime deriuāt. Dicit at̄ quo pacto uege narrari ab  
auditoribus tibi uis: quos beneficiis obligaris. Vis dicam? Vis ne ut: tibi uege: & qd̄ s̄tio: eloquar. Nugaris  
cum tibi calue pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Nugas loqueris ac prope īsanis talia carmi-  
na describendo: cum ingenio rudi & pingui sis. Nā quod uentris est ad animū atq; ingeniū nō sine causa re-  
tulit. Vt. n. Pli. xi. libro. scribit: minus solertes sūt quibus obefissimus uenter est: de Diogene aut̄ mutatus ē:  
qui ut apud Laertiū legitur in Anaximenē iocatus inquit: Pingui aqualiculo rhetorem impartire: & nobis  
pauperibus uentrē: quippe & ipse leuigaberis: & nobis e molumento eris: Aqualiculus uero alius est: in-  
quā sordes cōfluuntur: qui & si proprie porcorū est quandoq; tamen de homine reperitur.

potis

3

3

3

3

3

3

3

3



IOAN. BRI. Piguus aqualiculus: hinc fremit poeta. Aqualiculus: receptaculum est sordium. Extet: emineat. Aqualiculus  
Sesquipedale: uno & dimidio pede. Sesqui enim declinabile significat unum & dimidium: addit cuius nominis: Plinius Iunior  
or ita scribit. Egeram tribus horis & dimidia: superat sequi hora. nam ita diuiserat tempora reus: ut ego quique hor  
ris: ille reliquis uteretur: Festus sic: Scipio Africanus primus fortissimum quem delegit qui ab eo in bello  
non discederent & cetero munere militiae uacarent & sesquipedale stipendium acciperent. Propenso: proterito  
quod procul pendeat. i. emineat. Calue: quod hoc loco alii suspicentur uiderint. Ego uero ita interpretor: ut p

Piguus aqualiculus propenso sesquipedale extet.  
O iane a tergo que nulla ciconia pinset:  
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas  
Nec lingue quantum sitiatis canis appula tantum.  
Vos o patricius sanguis quos uiuere fas est  
Occipiti ceco postice occurrite sannæ

uenerem: non deam. Ouidius. Obuius huic uenies hedera iuuenilia cinctus Tempora: cum caluo. docte ca  
tulle tuo. Est igitur sensus O calue. O tu poeta qui te alterum Caluum carminis prestantia putas: sicque ir  
risio est. Caluus item optimus orator fuit de quo & Plinius & Tacitus saepe meminit in opere de claris ora  
toribus. O iane a tergo: nimia indignatione exclamat poeta appellans ianum felicem: cui a tergo ea non sunt  
quae aliis fieri solent. Nam ianum bifrontem fuisse fabulata est antiquitas quasi superum & inferum ianitorem:  
Ut Macrobius scribit ex sententia Bassi: eundem quadriformem quasi complexum quattuor mundi climata. Nulla  
ciconia: modus est irrisiois id est digiti in unum collecti in modum rostri ciconiae. Occidisse ciconiam in thessalia  
capitale fuit: quod ea serpentes necent. Quo e loco ueniant: quouae habeant: incertum est. Pinset: irridet sum  
ptum a pistioribus qui ante usum molarum frumenta in pilam coniecta pinsebant id est condebant. unde pi  
stores & pistinum & pistillus: Diomedes tamen grammaticus pinset legit a prima coniugatione. Auricu  
las albas: id est asininas quae interiori parte albicant. Imitata: quia temporibus apponitur moueturque istar au  
ris asininae. Nec lingue: subaudi cui: ut sit ordo. O iane cui. Nec tamen lingue: deest exeritur in derisio  
ne. Quantum. i. exerit. Sitiatis: deest cum: ut sit cum sitiatis. Canis apula: apulia aestuosa est: nam ut Varro scri  
bit ubi lati campi: ibi magis aestus: & eo in apulia loca calidiora & grauiora: & ubi montana ut in uesuuio ibi  
leniora: & ideo salubriora. Horatius: Nec tantus unquam syderum insedit uapor siticulosa: apuliae. Vos  
o patricius sanguis: inuidiose hoc dicit: nam omnes fere carminum studio tenebantur: ut inde laudem mere  
rentur: unde illud exit horatianum. Scribimus indocti doctique poemata passim: & idem alibi: Mutauit me  
tem populus leuis: & calet uno scribendi studio. Iuuenalis. Expectes eadem a summo minimoque poeta.  
Vos o patricius sanguis: apostrophe est. Haec enim schemata & iis similia conuertuntur in se auditorem: nec la  
guere patiuntur. Occipiti ceco: id est irrisiois quae a tergo fieri solet. Sannae: irrisio quae fit distorto uultu.

unde subsannare.  
BAR. FON. Propenso sesquipedale. Extenso ac porrecto. Sesquipedes autem unum pedem & semis continet  
Sesqui enim semis significat. Varro de re rustica libro primo. Annus est diuisus in quatuor partes totus  
Et idem subtilius sesquimenses in octo. Sesquimensis itaque mensum unum & semis complectitur. cum an  
nus in duodecim menses partitus sit. O iane a tergo. Eiusmodi popularis aurae cupidos a tergo postea irri  
deri significat. Ianum autem propterea inuocat: quod cum bifrons pingatur: a tergo nequeat irrideri. Nulla cico  
nia: extremus digitus in rostri formam collectis crebra manus & brachii motatione ciconiae collum & caput  
exprimitur in eius infamiam: quem ridemus. Pinset. pinso uerbum antiquum est. Nam ante molarum usus  
frumenta in pilis pinsebant. Unde & pinsores dicti sunt. qui postea pistores cognomina: Nec manus auricu  
las imitata est mobilis albas. Applicatis expansae manu ad tempora pollicibus crebro palmarum motu:  
asiniae aures non sine risu representantur in eius ludibrium: quem a tergo irrideamus. Quod a Midae auribus  
tractum est. Nec lingue tantum. Lingua in aliquem exertare irrisiois est signum. Sitiatis canis appula quantum  
Canis per aestum defatigata multum lingue exertat: in apulia praesertim: ubi calores inmensi sunt eam siticu  
losam Horatius appellauit. Vos o patricius sanguis: Meliores hortatur & quorum scripta diuturniora futu  
ra sint: ne plausu & adulationibus capiantur: quo tales irrisiones effugiant. Occipiti ceco: Occiput & occi  
pitium posterior capitis est pars. Quam iure cecam cum oculis careat: appellauit. Postice occurrite sannae.  
Euitate irrisioem: quae ac occipitio distorto ore & labris contractis fit anteriorum dentium ostentatione. Quo  
uocabulo & Iuuenalis est usus. In nunc & dubita qua sorbeat ara sana Tullia. Hinc sannones ridiculi homi  
nes: indictisque uacuis fatui appellantur. Cicero ad papirium petum. salis enim satis est: sannionum parum.  
Sannatores quoque eos: qui benigne irrident: nuncupamus: Desannare etiam per fastidium deridere signi  
ficat. Postice sannae. Postica dicuntur quae post nos sunt: sicut antica quae ante. Unde posticum hostium in po  
steriore parte adium situm dicitur. Horatius. Postico falle clientem.

uilepA  
zul  
iupis2

IOAN. BRI. Quis populi sermo? cum superioribus coniunguntur ut sit De me quis populi sermo? nam cetera ut dictum est poeta interposita sunt. Quis enim: laus assentatoris. Horatius scribet mala carmina uecors Laudato. Quis enim: subaudi est. ironia est assentatoris. Nisi carmina molli nunc demum numero fluere: sic Horatius de ficto laudatore. Clamabit enim pulchre: bene: recte. Idem alibi. Derisor uero plus laudatore mouetur. Fluere: sumptum ab aquis quae molliter & sine strepitu fluunt. Molli numero: suauis ritmo. Ve iunctura. Compositio uerborum. Effundat: transmittat nulla intercurrente asperitate. translatio est sumpta a marmorariis qui iuncturam lapidum unguibus pertentant: unde ortum est illud dictum rem esse factam ad unguem: cum uolumus significare rem esse perfectam. Per laeue. i. leuorem & scribitur per ae diphthongum.

Rubrica

Vngues seueros: scrupulorum inuectores. Scit tendere uersum. i. tam quidem recte uersum facit: ut ex omni parte quadrat: & aequalis sit: sumptum a fibris lignariis qui rubrica lineas rectas in lignis dirigunt. Rubrica: terra est rufa: quae alio nomine Sinopis dicitur. primum inuenta auctore Plinio in ponto unde nomen a sinope urbe nascitur & in egypto: balearibus: aethiopia: sed optima in leno: & in Cappadocia effossa: & in speluncis: quae saxi adharet excellit. Ex reliquis rubricae generibus fabris utilissima aegyptia & aethiopia: quoniam maxime sorbent. Siue opus in mores in luxum & prandia regum dicere res grandes: quodcumque inquit uelit scribere noster poeta: siue satyricum carmen: siue tragicum: musa res grandes ei suggerit. Ordo est: musa dat nostro poetae Dicere res grandes. Siue opus in mores: subaudi scripturus sit: aut aliquid tale. In mores & luxum. Alii distinguunt: ut per mores, comedia per luxum satyram accipiant. Alii uero coniuncta legunt: ut sit rei exaggeratio. i. satyram quae & mores & luxum

Luxa mē  
bra

hominum persequitur: & hoc melius. Luxum: luxa membra e suis locis mota & soluta dicuntur: a quo luxuriosus in re familiari solutus ut scribit Festus: luxuria est igitur omnis morum solutio. Prandia regum: id est tragicum: quae coenae regum exitiosa scribuntur. Ecce modo heroas sensus afferre uidemus indignatio est in quosdam graecos: id est in eos qui paulum aliquid ultra primas litteras graecas progressi ubique graece perstreperant: cum latinarum litterarum cognitionem perfectam non habeant. Quod turpe ostendit etiam Iuuenalis. Omnia graece: cum sit turpe magis nostros nescire latine. Hinc ergo fremit poeta: nullo modo ferens ab iis poemata heroica scribi: cum nec ad minima quaeque describenda sint apti. Ex quo inuit Persius poetas oportere omni studiorum genere praeditos esse. Ecce particula est incipientis: & rem nouam demonstratis. Solitos nugari graeco: id est nec adhuc tamen perfectos graecos: Sensus heroas. i. heroicis principale per deriuatio ut Virgi. Hoc itacus uelit pro itacensis: Nec artifices: doctos. Ponere: scribere ut alibi Fabula seu mesto ponatur hianda tragedia. Lucum: quasi rem humilem & minimam. Lucum: aut enim generaliter loquitur: aut lucum dicit Marti consecratum: in quo peperit Ilium Romulum & Remum: sequitur enim unde Remus: nam de eo multi scripserant Iuue. Nota magis nulli domus est sua quam mihi lucus Martis: sed generaliter locutum esse magis placet.

Ecce

BAR. FON. Quis populi sermo est? Vtosi scriptoris interrogatio quid de se populus colloquat. Quis enim respondentis assentatio. Enim aut ornatus & metri causa posuit Virgi. Quam pius aeneas tibi enim tibi maxima luno maest. Molli numero fluere. Nunc tandem elaborata: perfectaque ad amissimam carmina esse. Ut per leue seueros effundat iunctura ungues. Translatio ab iis est: qui unguibus lapidum cohaerentem iuncturam probant. Marmorarii enim iuncturas marmorum tunc absolutas existimant: cum unguis superductus nihil ostendit. Hinc ad unguem facta esse dicimus. quae absolutissima esse putari uolumus. Per laeue. Laeuigatum & planum. Laeue enim cum prima syllaba per ae diphthongum effertur: nitidum & perpolitum: sine diphthongo uero prima breui: minime ponderosum significat. Oculo rubricam dirigat uno. Lignari fabri: lapidumque sectores rubricata linea opus dirigunt: unoque oculo clauso eius rectitudinem metiuntur: ne uago amborum oculorum discursu. norma rectitudinis conturbet. Rubrica uero pluribus nascitur locis: rubraque est & nimio proxima colore: palma lemnia datur. Fabris uero utilissima aegyptia & aethiopia. In mores: in luxum in prandia regum. Quidam mores pro comedia: luxum pro satyra: regum prandia pro tragedia ponunt. In his sane uerbis caesa oratione sine copula interuallis distinctis articulis exornatio est. Ecce modo heroas sensus. Ecce demonstrandi aduerbiu est: Atque ut Asconius Pedianus in uerrem scribit: in rebus improuisis Ciceronis proprium est quod non sine diligenti cura: Virgilius quotiens opus fuit sibi desumpsit: & hoc quoque in loco summa cum arte Persius posuit: Ineptos enim atque ineruditos poetas non expectato ac quasi de improuiso reprehendit: Qui cum lucum describere: aut ruris commoda laudare: quae quidem parua sunt: nesciant: maxima tamen aggredi non erubescant. Nugari solitos graeco: uel grecorum more nugas inserere: uel graeco describere. Quod Horatius quoque in sermonibus carpit: a Quirino se monitum dicens: ne grecorum cateruas implere uelit. Nec ponere lucum artifices: nec qui artificiose aliquem describere lucum sciant ponere enim scribere est. Lucus uero a contrario nomen traxit: quia opaca adumbratio parum luceat.

Lucus

IOAN. BRI. Rus saturū: plenum & omniū abūdans: rus dictū ut Varroni placet q̄ quotannis rursus ea. Rus dem facienda sūt ut rursus capias fructus. Laudare: hinc poetæ uirtus cognoscitur: cum rem uerbis & ex tollere & deprimere nouit. Parilia: festa palis deæ pastorum: q̄ & feriæ ei deæ sūt: sic dicta ut cerealia a Ce Parilia rere. uinalia a uino: uulcanalia a uulcano. usus tamen obtinuit: ut parilia non palilia dicerent: quoniam pro partu pecoris eidem sacra fiebant. xii. alendas Maias: ut scribit Seruius: parilibus Romulus urbem cōdidit: quem diem festū præcipue habebant minores: auctores Festus & Varro de re rustica. Fumosa sceno: nam

Artifices nec rus saturū laudare, ubi corbes  
Et focus & porci: & fumosa parilia sceno:  
Vnde remus sulcoque terens dentalia quitū  
Cū trepida ante boues dictaturā induit uxor  
Et tua aratra domū licitor tulit. euge poeta.

idem. Moxq; per ardentis stipulæ crepitantis aceruos: Traicias celeri strenua membra pede. Tibullus Ille leuis stipulæ solennis potus aceruos: Accendit: flā: mas transilietq; sacras: sicq; ea sacrificii solēnitate expiari putabat. unde Ouidius. Omnia purgat edax ignis uitiūq; metallis: Excoquit: i: circo cū duce purgat oues.

Vnde remus: latenter romanorū otiginem respondit duci a pastoribus de qbus scribit Varro. Romanorū uero populū a pastoribus esse ortū quis non dicit? quis Faustulū nescit pastore fuisse nutriciū: qui Romulum & Remū educauit: non ipsos fuisse pastores obtinebit? Quod parilibus potissimū condidere urbem? Sulcoq; te. den. quin. hinc est ille. L. Quintius Cincinnatus qui filiū Cæsonem petulantissimū abdicauit: & dictus dictator: insignibus sumptis. Qu. Minutium consulem in aligido monte a uolsis & sabinis obsessū. liberauit. Quare a minutio & eius exercitu corona aurea obsidionali & donatus est: uicit hostes: ducē eorū in deditionem accipit: & triūphi die ante currum egit. Sextodecimo die dictaturam: quam acceperat deposuit: & ad agriculturam reuersus ipse iterum post uiginti annos dictator dictus Spuriū Melium regnum assectantem a Seruilio hala magistro equitum occidi iussit domū eius solo æquauit: unde locus æquimelium dicitur. Hincq; dictus est seran<sup>o</sup> a serendo. Virg. Nec te sulco serane serentem: nam aranti trans Tyberim q̄ tuor sua iugera in uaticano: quæ prata quintia appellant. Viator attulit dictaturam: & qdem: ut tradit Norbanus: nudo plenoq; pulueris etiānum ore: cui uiator uela corpus inquit: ut proferam senatus populiq; romani mandata. Dentalia. i. aratra: partem posuit pro toto. Nam dentale ea pars est aratri cui uomer præfixit. Dictaturam induit: insignia dictatorialia. dictatorē scribit Varro appellatū esse q̄ a cōsule diceret. eiusq; dicto oēs audientes essent: Vxor dicta est quasi unxor: eo q̄ nouæ nuptæ euntes ad maritū portas adipe lupino ungebant: neq; mali medicamenti inferretur. Licitor: ut Valgius rufus scribit appellatus a ligando: q̄ cū magistratus po. ro. quēpiam uerberari iussisset crura eius & manus ligari uinciriq; a uiatore solita sint. Itq; q̄ ex collegio uiatorū officiū ligandi haberet licitor sit appellatus. Ci. in oratione pro: C. Rabitio. licitor in q̄ collega manus: Festus tamen dicit a ligādo q̄ fasces uirgarū ligatos i perantib<sup>o</sup> magistratibus gerit. Tironi uero Ciceronis liberto a lino: uel licito deriuari placet. Euge poeta: insultatio ē & ironia. j̄ i peritū poetam.

BAR. FON. Rus saturū: fertile ac copiosū: quoq; saturare collētes possit & fumosa palilia sceno Pales dea pabulo: ē: cui pastoralia sacra palilia quæ & parilia nūcupant: ad lupos arcēdos morbosq; a pecore depellendos a pastoribus in agris fiebat undecimo calē. maii. quo die Romulus nrbe fūdauit. Fumosa uero dixit: qd stipulæ ac sceni manipulos pastores incēderent: unde fumi igēs copia emanabat. Tibullus: Ille leuis stipulæ solēnis potus aceruos accendet flammās trāsilietq; sacras. Vnde remus: ex quo rure & Quintius puenerit Parechasis aut: hoc est egressio quædam in ruris honorem est: quæ cū suo loco ponit: ornatū maximum cōfert: sed raras aptasque interserere conuenit. Sulcoque terens dentalia quinti: ad. L. Quintium cincinnatū dictum missi legati nudum eum arantemque inuenerūt: sed dictaturæ insignibus sumptis uolsos: sabinosque domuit: deque iis triumphauit. Sextodecimo autem die dictatura deposita ad agriculturam reuertitur Dentalia: dentale lignum est in quod uomet immittitur. Virgilius: Duplici aptantur dentalia dorso: Dictaturam induit: magistratum pro ueste: quam dictaturam ineuntes assumūt ponit dictator autem ut Varroni placet: appellatus est: quod a consule diceretur: eiusque dicto audientes omnes esset. Licitor: licitores Romulus primis instituit: a ligandoque appellauit: hi carnificis officio fūgentes uirgarum fasciculum cū securi ligatum portabant: magistratusque præbant: ac quotiens iussi erant fascem soluentes: primo uirgis reū cedebant: mox securi feriebant. Liuius de Bruti filiorū cæde Missique licitores ad sumendū & suplicium: nudatos uirgis cædunt: securique feriūt. Euge poeta: Ironice cum Irrisione clara uoce pronuncianum est. Rides enim quod cum leuia ignoret: heroicis sensus attigerit. Est nunc brysei quem uenosus. liber acci. eos nūc reprehendit: qui antiquitatis præcupidi melioribus grauioribusque omissis Accium Paccuiūque legebant: dupliciter autem hūc locum a peritoribus legi uideo. Quidam in laudem Acci uenosū librū sanguine abūdantem: grandiloquū atque animosū intelligūt. ut apud Hora. Animosique accius oris. Bryseū uero bacchicum legunt. quoniam in tutela bacchi poetæ sūt. cæteri penitus contra sentiūt. Bryseum enim furore insaniaque bachantem: ut ministri liberi patris solent: & uenosum eius librum tanq̄ male descriptum po

nunt. Nam cum persius cerneret accii & pacuuii fabulas neglectis potioribus crebro legi indignatus nulla grauem atq; utilem lectionem concelebrari: non in lectores tantum: sed etiam in scriptores ipsos modeste inuenit: alterque uenosum: uerucosum alterque esse dicens: quod ob eam causam sane fecit: ut ab eorum assidua lectione facilius homines remoueret. quod ne quis in Persio admiret. Hora. quoque uetustiores poetas plerumque nimis antiquaeque dureque dicere: & luculetiū ceciliū fluere: & recte nec ne crocū floresque pambulet Acci fabula dubitare se scribit. Brasei accii

**Bryseus** Bryseus ex uariis bachi cognominibus unum. Quod aliqui a Brysea ciuitate aoniae: in qua Bacchus colebatur: quidam ab antiquo uerbo bryo: quod e manu. scaturioque significat. dici uolunt quoniam uel ex aluearibus mella: uel ex uuis musta exprimere primus docuit. Qui cum noui scriptores sint ueritas quae in occulto lateat. ipse quoque eam opinionem subiiciam in quam doctos plerumque ire persipio: qui bryseum potius quam bryseum bacchum cognominatum a byrsa pelle: quam in bellis iduebat: existimat. Nam apud Diodorum quanto uolumine bacchum in praeliis pardalorum pellibus usum constat Byrsam autem corium ac tergus significare ostendit. Vir. Mercatorumque solum facti de nomine Byrsam Taurino quantum possent circumdare tergo. Postea uero quam huius cognominis causam reddidimus: non alienum a proposito nostro uidebitur quod ad utilitatem discentium haec scribimus si caetera quoque bacchi cognomina apud alios passim dispersa: nos hunc in locum breuiter redegerimus. Bacchus: ut Diodorus refert. a mulieribus dictus est. Quae illum bacchantes: hoc est furentes sequebantur. Ab ioue autem parente: urbe: quae nisa: ubi educatus a nymphis fuit: Dionysius appellatur. Liber pater: Lieusque dicitur: aut quod libertatem loquendi praestet: aut quod uinum cuius inuentor fuit: a curis homines liberet: aut quod exercitum apud indos sua sapientia liberauit. A qua lysii quoque cognomen a graecis auctore Plutarco meruit: & si quidam alii alyein: quod soluere significat dictumque putant. Leneus: uero a torculari quo uinum exprimitur dictus est. Bromius atque pyrgenius a tonitru: qui eius in ortu contigit: dicitur. Mitrophoros: quod mitra caput ligabat: si quando uini potu agitabatur: est appellatus. Dimitora quoque: hoc est bimatrem nuncupatum tradit quod ex uno patre: duabusque matribus gemini Dionysii orti sunt. Antea enim Iuppiter ex proserpina alium Dionysium procrearat. Triumphator etiam dicitur: quod de indis omnium primus in patriam rediens triumphauit. Bassareus a longa uestis habitu: Euchius ab Iouis laudatione: uel a uoce bacchantium dictus fertur. Nyseus a nysa urbe: Iachus ab effusione uel uini uel uocis letitiae causa nominatur. Thyoneus a matris cognomine: quae Thyone dicitur: nuncupatur.

**IOAN. BRI.** Est nunc brysei quem uenosus liber acci: aliud uitiū in poetis confutat: carpit. n. eos qui supra modum cūtriscos poetas imitant & amat: nimisque uetere uerborum cupidi ea scriptis suis inserunt monens: ut Caesar solitus est dicere auctoribus Gelio & Macrobio tanquam scopulum fugiendum esse inauditum atque insolens uerbum: cum nihil sit odiosius: ut scribit Fabius affectatione uerborum ueterum. Est nunc. i. nostris temporibus. Est subaudi aliquis. Liber acci: accius & Pacuuius tragoediae scriptores clarissimi huiusmodi temporibus sententiarum grauitate ut scribit Fabius & pondere uerborum: caeterum nitor & summa in excollendis operibus manus defuit non eorum culpa: sed temporum quibus studia adhuc erant inculta. unde Mart. uerborum asperitatem notans: eos irridet qui ueteribus delectantur. At tonitusque legis terrae frugiferae: Accius & quicquid pacuuiusque nominum. Venosus: durus & asper a uenis quae in corpore eminentes asperae illud efficiunt: unde ita scribit Tacitus de Asinulo. Pacuuium certe & accium non solum tragoediis. sed etiam orationibus suis expressit adeo durus & sicut: Oratio autem sicut corpus hominis eadem pulchra est: in qua non eminent uenae nec ossa numerantur: sed temperatus ac bonus sanguis implet membra & exurgit thorax: ipso quoque uentus robur regit & decor commedat. Nam dura fuisse quae scribit accius illud est testimonio est: quod cum accius tarenti auctore Gelio ad pacuuium diuertisset: eique desiderati Atreum comaediam suam legisset: fertur Pacuuius dixisse sonora quidem esse quae scripsisset & gradas: sed uideri tamen ea sibi duriora paulum & acerbiora. Ad quem inquit Accius ita est ut dicis: neque id me sane poenitet: meliora enim fore spero quae deinceps scribam. nam quod in pomis est: atidē inquit esse autem in ingeniis quae dura & acerba nascuntur: post sunt mitia & iocunda. Acci. accius ut diximus tragoediarum scriptor natus est Mancino & Serano consulibus: parentibus libertinis: Et ut dictum est: seni iam pacuuius tarenti sua scripta recitauit: a quo & fudus accianus iuxta pisaurum dicitur. quia illuc ex urbe inter colonos fuerat deductus. Brysei. bryseium pro bryseum dixit figuratae ponens principalitatem pro deriuatione: ut Virg. Laticemque lieum. pro lieum.

**Acci brysei.** Quae in tutelam bacchi esse dicitur poetae. Hora. Scriptorum chorus omnis amat nemus: & fugit urbem Rite cliens bacchi somno gaudens & umbra. Brysei: unum est cognominibus bacchi a brygmos. i. a stridore. nam eius sacra magno bacchantium stridore celebrantur. Pacuuiusque: brudusinus fuit Ennii sorore genitus ut Pli. scribit: ut uero Eusebius Ennii poetae ex filia nepos: uixitque romae: non tantum poetica sed & pictura clarus. sic enim scribit Pli. proxime celebrata est in foro boario aedes Herculis Pacuuii poetae pictura. Terentium deinde transgressus prope nonagenarius diem obiit.

**BAR. FON.** Venosus liber uenae plenus & malus a lucidis gemmis: translatio est preciosioribus sine uenis Pli. de carbunculis Archelatus & in aegypto circa Thebas nasci tradidit: fragiles: uenosas morietur carboni similes. Acci: Acci pro accii per apocopen figuram legitur: quae est ablatio litterae uel syllabae de fine dictionis. De Accio uero Eusebius de temporibus olympiade centesima & sexagesima haec scribit Accius tragoediarum scriptor agnoscitur: natus Mancino & Serano consulibus parentibus libertinis: & seni iam Pacuuius ta

**Bryseus**

**Bachi nomina**

**Leneus**

**Accius**

**Venosus**

**Pacuuius**

Est nunc brysei quem uenosus liber acci  
Sunt quos pacuuiusque: & uerucosa mouetur

renti sua scripta recitauit: a quo & fundus uaccianus iuxta pisauis dicit: quia illuc ex urbe inter colonos fuerat deductus. Sūt quos Pacuuius: Idem auctor Olympiade sexta & quinquagesima supra centesimā de Pacuuius hęc refert. Pacuuius Brūdusinus tragœdiarū scriptor clarus habet. Ennii poetæ ex filia nepos uixit: Romæ quo ad picturā exercuit: ac fabulas uenditauit: deinde Tarentū trāsgressus ppe nonagenarius diē obiit

Verucosa antiopa. Si in laudē Pacuuii referemus. Verucosa pro aspera: laboriosaque sumem. Si uero quod plures consentiūt: contra Pacuuiū exponem. Verucosam: hoc est non apposite descriptam intelligemus. Si cut enim ueruca corpus: ita inæqualitas stilū deturpat. Veruca autem carbūcula eminens in corpore est sine pruritu: cuius sanguis fricatione: alias quoque cūta creat. De ea. Qu. Serenus. Interdū existit turpi ueruca papilla. Et mox si rupta imensos fundit ueruca cruores. Locū etiam in mōte æditioem: atque excelsiorē uerucam antiq̄ nominauere. Pacuuius & uerucosa antiopa. Endiadis hoc loco figura est: quæ fit: quotiens una res diuidit̄ in duas coniunctione: quæ tamen in unum soluunt̄ coniunctione detracta. Antiopam enim Pacuuii intelligit: ut apud Virgiliū: Pateris libamus & auro: pro aureis pateris.

**Anthiopa erumnis cor luctificabile fulta**  
**Hos monitus partes pueris infundere lippos**  
**Cū uideas: quisne unde hęc sartago loquēdi**  
**Venerit i linguas: unde istud dedecus: in quo**  
**Trossulus exultat tibi per subsellia leuis**

ra distrahendā. Eam crudeliter laceratā: & ad fontem clarissimo deductam poetæ i sui nominis fontē conuersam scripsere. Anthiopa. i. tragedia anthiope: quam Pacuuius poeta scripsit. Verucosa: aspera & salebrofa nimia uerborū antiquitate: uerucam enī Cato auctore Gellio: locū asperū & editū appellat. Verucā etiam i corpore dicimus parū pustulā & tuberculū. Horat. Qui ne tuberibus propriis offendat amicū Postulat ignoscet uerucis illius. Moret: delectet & detineat: tractū a spectatōribus theatri: quos ludorū celebratio detinet & remorat. Cor luctificabile fulta: sinecdoche est: Virgilius. Nodisq̄ sinus collecta fluentes. Fulta: sustentans.

Hos pueris monitus patres infundere lippos: dicit mirandū non esse: si pueri i loquēdo uerbis priscis & asperis utant̄ assentationesque & laudes quānt populi: quando a senioribus hęc omnia didicerint: hincque erūpit ois indignatio poetæ ut supra. Tūc cū ad caniciē ac nostrū istud uiuere triste as. & nu. sa. q. r. Monitus: nūc ro plurali secūda & quarte declinationis dicimus. Ouidius. Finierat monitū. Virg. Ille iouis monitis imora tenebat Lumina. Lippos: dicimus quod semper stillant oculi: sed acumen poetæ attendendū est quod quod cor poris est ad sensū animi transtulit. q. d. eos cecæ mentis qui hęc filios doceant. Vnde hęc sartago loquēdi hic modus: hic sibilus: & dictionū nimis prisca: sonus: qualis sartagine repræsentat. Venerit i linguas: i usū quotidianū. Vnde istud dedecus: quod nimis prisca sectent: & scriptis suis inserant. In quo trossulus exultat tibi p subsellia læuis: stultitiā arguit romanorū quod eandē uerborū antiquitatē laudat̄ poetis applaudentes. Læuis trossulus: ad uituperationē spectat læuis. i. politus & circa corporis cultū morosus: cū antea bellis & laboribus equites assueti essent. nā Trossuli equites dicebant. Ipsū enī equitū nomē sæpe uariatū est celeres sub romulo regibusque appellati sunt a Celere Centurione Romuli: deinde Flexumines: postea Trossuli cū oppidū in thuscis citra uolsinos hoc nomē passū. ix millia sine ullo adiumento peditū cepissent: eius uocabuli uis durauit ultra. C. Gracchū. Junius certe quod ab amicitia eius gracchanus appellatus est scriptū reliquit his uerbis quod ad equestrem ordinē ptinet antea Trossulos uocabant: nūc eqtes uocant. Ideoque quia nō intelligūt. Trossulus nomen quod ualeat: multos pudet eo nomine appellari: cāmque quæ supra dicta est exponit: auctor ē Plinius. Exultat: applaudit. Subsellia: hoc loco scamna auditorii significat: sunt enim subsellia tribunorū triū uirorū: questorū: & huiusmodi minora iudicia exercentiū: qui non in sellis curulibus nec tribunalibus: sed in subselliis confidebant: auctor est Asconius.

BAR. FON. Anthiopa erumnis cor luctificabile fulta. Lycus Thebarū Rex Anthiopa Nictei Lesbei Regis filiam uxore duxit. Quæ a ioue i Satyri formā cōuerso grauidā factā ipudiauuit. Dirceque nouā cōiugē supduxit. Hęc uerita ne lycus quod se recōciliaret Anthiopa: eā graui seruitio pressit: atque i uinculis tenuit. Sed istate ptus tēpore: regalibusque manicis ruptis: i citeronē effugit: illicque zetū & Amphionē sustulit. Qui primū a pastore quodā educati: lōgo postea iteruallo a matre recogniti: cūctaque edocti i eius ultionem & Lycū interfecerunt: & Thebano regno occupato: Dirce tauro i domito alligatā: a deo usque fontē extra thebana menia dixtraxerunt: qui ab ea Dirce cognominat. Hos pueris monitus: Cū parētes uideas scriptis antiquorū tragicis ac mollibus delectari: filiosque talia etiā edocere: mirandū nō ē hęc parū uirilē atque eneruē loquēdi cōsuetudinē icreuisse. Pres lippos: Oculorū uitiū ad aī pspiciā trāstulit. Lippitudo. n. morbus oculorū ē mouēs ispicienti fastidiū. Hęc sartago loquēdi: sartagine: quod latie frigorū dicitur: quia crepitū cōfusu i frictu emittit p corrupto: ac deprauato loquēdi morū accepit. Trossulus leuis: eque cultus & nitidus Trossulos. n. eqtes atiq̄tas: ut Festus mēinit: appellauit quod si sine peditū auxilio tuscorū oppidū Trossullū expugnarūt: quod & Plinius tertio & trigesimo li. his uerbis plane significat. Qui etiā ipsū equitū nomē sæpe uariatū ē: i iis quoque quod ad eqtatū trahebant. Celeres sub romulo appellati sunt: deinde flexumines: postea Trossuli: cū oppidū i thuscis citra uolsinos hoc nomē passū nouē milia

uillibid2

Veruca

Anthiopa

Lippi

Trossulus

**Subsellium** sine ullo adiumento peditum cepissent. Exultat: gestit: & applaudit. Per subsellia: a sededo sedes ac sella dicta est. hinc subsellium: quod non plane erat sella: sicut suspensere non plane sapere dicit. Sunt autem proprie auctoritate subsellia trium uirorum: tribunorum: questorum: & huiusmodi minora iudicia exercentium qui non in sellis curulibus nec tribunalibus sed in subselliis confidebant. Recitaturi autem poemata auditoribus subsellia: sternebant Iuuenalis de Satio: Sed cum fregit subsellia uersu IOAN. BR. Nil ne pudet capiti non posse pericula cano

la cano: mira exandescit indignatione & fremitu in eos: qui etiam in capitalibus criminibus refellendis tantopere laudis cupidi sint: ut fere obliti peculiaria causarum argumenta: ex elocutione tantum: ac uerborum sententiarumque exornationibus populi laudem & fauorem promereri conentur. Quod Quintilianus in nono sumopere damnat: hoc autem Persius exemplo Pediti comprobatur qd accusatus furti: etiam in periculo capitis tanta laudis cupiditate agebat: ut fere relictis causarum argumentis: exornationibus tantum populo studeret placere adeo laudis & gloriae desiderio uexabat: itaque ad antitheta. i. contrapositione: & reliquas figuras conuertebat. Sensus est igitur Nullone teneris pudore cum de uita tua agatur sollicitum esse de laude adipiscenda? Pellere pericula. i. capitis. i. defendere te ipsum in iudicio. Capiti cano: a capite cano: hinc est poetae ardor qui etiam cum in periculo uitae: tum etiam in extrema aetate laudis tanto opere anxius sit. Hoc tepidum decenter: tepidas & frigiditas laudes: sic enim dicere solent laudatores. Hora. Clamabit enim pulchre: bene: recte. Tepidum: quia ficta & frigida laudat cum adulatio omnino sit. Fur es ait pedio: exemplum est pedii: quem pro quocumque ponit qui laudem sibi etiam in capitalibus criminibus refellendis: exornationibus uerborum & sententiarum quaerit. Hic est ille Blesus pedius qui sub Nerone: auctore Tacito: motus est senatu accusantibus Cyrenensibus uiolatum ab eo thesaurum Aesculapii: delectumque militarem pretio & ambitione corruptum.

**Libro** Fur es ait pedio. i. aliquis furti pedium accusat. Pedius quid? subaudi agit: quomodo se defendit? Carmina rasis librat in antithetis hoc est pedius nequaquam refellit obiecta crimina: uerum ad figuras & exornationes decurrit. Crimina: non carmina legendum est sed crimina: quibus accusatus est. Librat: ponderat: aestimat: quasi putans iis exornationibus & absolutionem & laudem posse mereri. Librat: expendit. i. tantum quidem aestimat exornationem & figuras orationis suae: quanti furtum & obiecta censent: ut facile speret & absolutionem & laudem. Antithetis: latine sonant contrapositione: ut in. ix. scribit Quintili. quae figura quidem non uno modo fit: nam & fit si singula singulis opponuntur: ut uicit pudorem libido: timorem audacia: rationem amentia. Et bina binis: ut non nostri ingenii: nostri auxilium est. Et sententiae sententiis: ut dominetur in contionibus: iaceat in iudiciis Terentii. Antitheton facit. Ut per falsas nuptias uera obiurgandi causa. Antitheton. n. est quia falsa dixit deinde intulit uera. Sic idem in eadem. Quae sese inhoneste optauit parare diuitias potiusquam in patria honeste pauper uiuere: antitheton est in honeste & honeste. Rasis: quia neutrum altero uerborum omnino plus habet. Figuras: graece schemata dicuntur. Duplex est figurarum genus: altera sententiarum: altera uerborum. Figura ut Fabius tradit est sicut nomine ipso patet confirmatio quaedam orationis remota a communi. Ergo figura est arte aliqua nouata forma dicendi.

**Antitheta** Bellum hoc uerba laudatoris quae pronuntiatue leguntur & cum admiratione more adulatoris. Bellum hoc? interrogatiue & cum indignatione proferuntur a poeta: qui eum carpit quo adulatorio gestu nimium poeta laudat. Nam quaerit poeta bellum hoc? quasi dicat non ex uero animi iudicio sed ficto laudas: unde sequitur. An romule ceues? An romule: i. contemptum dictum est: quasi nequaquam Romulo similis. Ceues? ceuere uerbum est in obscenis. Iuuenalis. Ego te ceuentem Sex te uerebor: hoc est indecoro: motu corporis adularis? sumptum a canibus qui clunes agitando blandiuntur.

**Figura** BAR. FON. Nil ne pudet: Senex cum sis in qua aetate prudentia maior inesse debet: nonne pudet eiusmodi assentationibus delectari. Pericula: Quae ex tali assentatoria laude: quae insanire prope nos facit: oriuntur. Qui tepidum hoc optes audire decenter: Qui uehementer laudari: tibi que applaudi desideres: & ingenti uoluptate afficiaris: quum audis assentatores scripta tua: quae tepida sunt decenter ac bene composita praedicantes. Tepidum: Quae inepte descripta sunt: iure tepida nuncupantur: cum in calore sanguinis ingenii uis consistat. Fur es ait pedio: Ornatum: lasciuiaque uerborum: atque arte orationis tantum romanos teneri dicit: ut non solum in poematibus: sed etiam in causis peragendis eiusmodi multitudine abutantur. Ponit autem aliquem furti pedium accusantem. Pedius quid? Qua defensione se pedius tueatur: cum in ius uenit: ostendit. Crimina rasis librat in antithetis: quum obiecta crimina debeat ualidis rationibus confutare: quoniam per magna reo uicendi spes in confutatione locata est: eius loco figuris elocutionis abutitur atque in re leui: furoque orationis occupatus: uires ac nervos causae praetermittit. Antitheton uero figura: Quintiliano auctore contra positum: uel contentio dicitur: singula cum singulis: uel bina binis opponuntur. Rasis autem pro politis & elimatis tanquam pilo carentibus posuit. Librare uero a libra tractum: aestimare perpendereque significat. Bellum hoc bellum est: O tu qui tam lasciuia scripta laudas: discisque: hoc bellum & hoc bellum est: es ne tam perditis moribus haec ut probes? An romule ceues. Romulum pro Romanis ponit: qui eundem: quem colunt imitari deberent. Tanquam uero de uirilitate Romuli dubitaret an romule ceues inquit. Moris. n. romanorum scriptorum fuit: quomodo in quempiam inueherentur romulum inuocare. Catul. Cinade romule haec uidebis & feres. Cauere autem / cinadorum est leniter & obscene clunes dum subagitantur mouentium.

*Handwritten marginal notes:*  
ad...  
Figura  
Bellum hoc  
Ceuere  
Dum...  
ego...  
go...  
in...

IOAN. BRI. Men moueat: ita hæc inferunt a poeta quasi aliq̄s dixerit tu quoque ad hos laudandos iis  
exornationib⁹ & uerborū & sententiarū moueris: & ipse respondeat menē moueat: id est nullo qdē pacto  
adducar: ut hæc laudē quæ & ipsi poetæ ambitionē exprobrāt & ipsi popul⁹ assentationē: cū omnino laudē  
digna nō sint. Et cātet si naufragus assem protulerit: erat cōsuetudo apud antiquos: ut qui naufragiū fecisset  
illud ex humeris in tabella pictū circūferrent medicantes ne ab omnib⁹ cogere⁹ calus suos narrate. Mar-  
tialis. Nec fasciato naufragus loquax trūco. Iuue. Naufragus assem. Dū rogat & picta se tempestate tūetur.

**Mē moueat quippe & cātet si naufragus asse  
Protulerim: cantas cū fracta te in trabe pictū  
Ex humero portes: uerū nec nocte paratū  
Plorabit qui me uolet incuruasse querela  
Sed nūeris decor ē: & iunctura abdita crudis  
Claudere sic didicit uersū berecynthius atys**

Ostēdit igit̄ poeta sumpto exēplo a naufrago: ut su-  
puacaneū est: & parē prodest naufragis cātare casū  
suū cū eū pictū habeat i tabella: quod qdē satis ē ad  
misericordiā hominū alliciendā: ita & poetæ & ora-  
tori nō cōuenire ostentare se scriptis suis: i. laudem  
& uerborū & sententiarū figuris q̄rere: cū argumēta  
causæ tantū simpliciter sint p̄sequenda: nec affecta-  
tis exornationibus utendum. Et cantet si naufra-  
gus assem protulerim: ordo est: & protulerim asse-  
si cantet. Protulerim assem: i. nec ob eam rem q̄a

cantet dederō assem. Hæc omnia metaphoricōs ad poetā accomodāda sūt. id est ego qdē non laudauero eū  
q̄a exornationib⁹ & figuris affectatis cōmendet scripta sua. Cātas cū te fracta i trabe pictū ex hūero portes  
hinc ostendit̄ indecorē esse poetis & oratorib⁹: cū eorū uirtus nota sit: uelle exclamationib⁹ & crebris figuris  
uerborū laudē sibi quærere. Quod turpe esse ostendit Fabius cū ita ait. Ideoque magis nobiles: ut nouitate  
aurem excitant: ita copia satiant. Nec se obuias dicenti: sed conq̄sitas & ex omnib⁹ latebris extractas conge-  
stasq̄ declarant. Ergo ita figuris scripta exornanda esse docet: ut nō conq̄sitas: sed obuias scribenti fuisse ui-  
deant. Cantas: ironia ē: id est exornationib⁹ uteris: & ita ad oratorē referas: si autē ad naufragū applices: hic  
est sensus: cantando & sublata uoce mendicās naufragiū tuū omnib⁹ prædicās. Fracta i trabe: id est nauis fra-  
cta: quæ picta una cū nautis i tabella ut dictū est circūferebat̄ a naufrago: alibi Trabe rupta brutia saxa premi-  
dit amicus iops: & paulo inferius: Largire inopi nē pictus oberret Cærulea in tabula. Veḡ nec nocte para-  
tū Plorabit. i. si a me uolet laudari: uera causæ argumenta & ad rem p̄tinentia p̄sequat̄. i. ex animo & corp̄e  
de doleat: nec putet his figuris & exornationib⁹ nocturno studio paratis a me laudatū iri. Curuasse: flexis

se: ad laudē. Querela: naufragū respexit. Sed numeris decor ē & iunctura abdita crudis: hic obiicit poe-  
tæ: ea carmina omnino laudanda esse: quia mira uerborū cōpositione consistit. Iunctura abdita: cōpositio  
quædā uerborū occulta: ea enim demum oratio optima habet: quæ eleganti uocabulorū cōpositione & or-  
dine constat. Abdita: abstrusa. Numeris crudis: quos crudos appellas tu Persi. nihil saporis habetes: ut i  
matturos uersus. Claudere sic didicit uersum: probat per exemplū Neronis aliena carminā nō esse dānanda:  
quando & Nero ita inflatē didicerit finire uersū suū: nā ita scribit Tacitus. Carminū studiū: Nero ita affectat̄  
contractis quibus aliqua pangendi facultas: considerare simul: & allatos uel ibidē repertos uersus connectere  
atq̄ ipsius uerba quoquo modo plura supplerē: quod spes ipsa carminū docet: nō ipetu & instinctu nec uno  
ore fluens: irridet igit̄ Neronē: qui tam indecenter tanq̄ inflatē & sua carmina scriberet: & aliena imperfecta  
quoquo modo suppleret: quāuis Trāquillus affirmet ad manus suas peruenisse libellos Neronis cū quibsdā  
notissimis uersibus ipsius chirographo scriptis: ut facile appareret nō trāslatos. aut dictante aliquo exceptos  
sed plane quasi a cogitatē atq̄ generatē exaratos: ita multa & deleta & indicta & supra scripta inierant. Clau-  
dere: finire: quasi qui aliena imperfecta quoquo modo finiret. Didicit. i. Nero. Sic ut est Berecynthius atys.  
hoc est quod notat Tacitus: q̄ ipsius uerba quoquo modo prolata supplebat: nō ipetu & instinctu nec uno ore  
fluentia. Berecynthius atys: hæc cōcludebant carmen. Atys: puer phrygius a Cybele matre deorū amatus:  
cū ei castitatē promississet: quā in Nympha Sangaritide non seruauit: Nymphaq̄ supplicii affecta periisset:  
corruptus furore putans domos: ut scribit Ouidius: ruere: tectū omne diffugit: & p̄ sūma Dindymi montis  
Phrygiæ discurrens arrepto lapideo cultro se ipsū excastrauit: unde Ouidius: Ha pereāt partes quæ nocue-  
re mihi. Ha pereāt dicebat adhuc: onus inguinis aufert: Nullaq̄ sunt subito signa relicta uiri. Catullus tamē  
aliter scribēs tradit puerū cū ex aqua Galli fluminis phrygiæ bibisset: in furorem ex aquæ natura compul-  
sum silice se castrasse. Tandem e monte elapsus in arborem Pinū conuersus est. Ad huius pueri imitationē  
sacerdotes Cybelis qui galli cognominati sunt a gallo fluuio phrygiæ quem accolūt: ut scribit Plinius & Fe-  
stus: eunucabant: unde Iuuenalis. Et igens femiuit obsceno facies reuerēda minori: Mollia qui rapta secuit  
genitalia testa. Et quia diximus in Nympha Sangaritide: illud sciendū: sangaritidē propriū non esse nomen:  
sed patronymicū a Sangario fluuio phrygiæ. Berecynthius: id est cybelicus: berecynthes enim natio quædā  
inter phrygas est: simpliciter uero: ut scribit Strabo: phryges troesq̄ prope Idā habitantes rheam præcipuo  
uenerant honore: eius Orgia frequentantes: hanc quidem deorū matrem uocant: & uestam: & deam phry-  
giam magnam: a locis autem Ideam: & Dindymenam: & Phylenam: & Pessinūtiā: & Cybelem: græci sa-  
ne ministros eius nuncupant uno uocabulo Curetes: eosdem & coribantes uocant.

BAR. FON. Men moueat: Similitudo est apte cōcinneq̄ posita. Ait enim: si reum uidero tali uerborū arti-  
ficio lenocinio se tuentem: perinde ad misericordiam commouebor: ac si naufragum casum suum in ta-  
bula depictum circumferentem cantare audirem. Cui sic cantanti: cum plorare debeat: se assem daturum

*quod non est  
inquit non est  
notum de laudat  
et quod*

*synonymum*

*Berck*

*Quod non est  
inquit non est  
notum de laudat  
et quod*

*Quod non est  
inquit non est  
notum de laudat  
et quod*

*BERCK  
aib*

*quod non est  
inquit non est  
notum de laudat  
et quod*

*quod non est  
inquit non est  
notum de laudat  
et quod*

V

negat. Quo dicto illud horatianum ostendit: illi in primis dolendum esse: qui sui misereri alios uelit. Cum fracta te in trabe pictum ex humero portes. Mos erat eorum: qui maris periculum enasissent: depictum naufragium in tabella appensa humeris circumferre: ut infortunio cognito ab inspectantibus: naufragiumque miserantibus: stipem sibi aliquam compararent. Fracta te in trabe pictum: In aliquo fractae nauis fragmento. Verum nec nocte paratum plorabit: Vere & ex corde: ex animoque dolebit: & se sine talibus dicendi figuris tuebit: qui me uolet ad sui misericordiam commouere. Sed numeris, decor est: & iunctura addita crudis: Quum Persius eiusmodi sermonis lasciuam & mollitiem reprehendisset: Respondet aduersarius decorem: quo ueteres carebant: tali scribendi stilo quaesitum esse. Claudere sic didicit uersum berecinthus athis: Auctoritate poetarum sui saeculi affert: qui sic uersus componere consueuerunt: ut ostendat non reprehensionem sed laudem illos mereri: qui cum lepore ac uenere scribunt. Athin uero quidam proprium nomen poetae dicunt: de quo Martia ad clasticum. Nec dicitur mihi luculentus atis. Nonnulli confictum nomen pro euirato ac molli poeta ponunt: cuiusmodi Phrygius atis a Cybele dilectus fuisse dicitur. Peritiores: quidam non proprium: aut effictum poetae nomen: sed fabulam ipsam de athi conscriptam intelligunt. Caeterum berecinthus: mons & urbs in phrygia est. Quo in loco mater deorum Cybele: quae athi dilexerat: colebatur. Unde & ipse quoque athis berecinthus nominatur.

Berecinth<sup>9</sup>

IOAN. BRI. Et qui caeruleum dirimebat nereia delphin: aliud est carmen meo iudicio Neronis: quod uel ipse scripsit: uel repertum suis connexuit: quod irridet: ut nimis altum & inflatum: historiam uidet tangere Arionis: qui ut scribit Herodotus: nobilis cantor fidibus fuit loco & oppido Mitilane. Is cum in Sicilia atque Italia uenisset: auresque omnium mentesque demulisset: in quaestibus & uoluptatibus amoribusque hominum fuit: gradibusque pecunia comparata domum redeuntis a nauis caedes parata est. Quod cum cognosceret traditis omnibus bonis impetrat: ut sibi liceat sua omnia indumeta & fides capere & canere carmen casus illius consonabile: atque ibi mox de more coeptus & ornatus stansque in summa puppi carmen quod orithium dicitur uoce sublatissima cantauit iecitque sese procul in profundum: sed a delphino dorso super fluctus edito incolumis Tenax in terram Laconicam deuectus est. De hoc plura apud Herodotum & Gellium. Sic costam longo subduximus a poenino: aliud uitiu in carmine Neroniano reprehendit: ostendit enim indecorum esse in quinto pede heroici carminis frequenter & affectate spondeum poni: ut est illud Virgiliana. Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Lucanus. Altus caesorum pauit cruor armentorum: nam Nero id in troicis suis affectauit: in cuius inuidiam hanc fere totam satyram scribit. Sic: id est ut per hoc carmen patet. Subduximus: subtraximus. Costam: id est syllabam. Longo a poenino. i. carmini hexametro: quod longum dicit ad similitudinem apennini montis: qui ab alpebus incipiens per mediam Italiam excurrit: quam in duas partes separans a dextris inferum mare relinquit: a sinistris autem superum: in siculumque usque fretum progreditur. Arma uirum: non hic carpit Virgilium: ut quorundam est opinio: sed uerba sunt excusantis uersus crudi poetae. Non ne hoc spumofum? quasi dicat si hoc uitiu non das: neque id superius dandum. Cortice pingui: Crassum: superbum: & tumidum. Ut ramale uetus: uetere truncus: qui non facile flectitur: nam tale carmen: ut nimis durum irridetur: ut illud Antimachi apud Horatium. Fortunam priami cantabo: & nobile regnum sequitur enim. Quidnam igitur tenerum & laxam ceruice legendum? Ex quo apparet superiora carmina esse reprehensa: quia dura: & nimis sonantia essent: ut erunt & sequentia. Torua mimalloneis impleunt cornua bombis. Coctum: scribit Seruius multi temporis aliquid recoctum uocari: ut Virgilius. Solidum nobis & robore cocto: unde Horatius homines longo rerum usu & temporis exercitatos: recoctos appellauit. Praerunque recoctus Scriba ex quinque uiro coruum deludet hiantem. Praerandi: id est ualde grandi. Prophyrio tamen exponens illud Horatii in secunda satyra: Ve pallida lecto. Desiliat mulier: affirmat hoc loco legendum esse uegrandi: Quod legitur & apud Varonem in re rustica. Quodque postea concipiunt sunt uegrandes atque imbecillae. Subere: hoc loco cortice. Virgilius in Georgicis. Huic natam libero & syluestri subere clausam: suber proprie: ut scribit Plinius: minima arbor: Glans pessima: rara: cortex tantum fructu praerassus ac renascens atque etiam in denos pedes explanatus: usus eius anchoralibus maxime: nauium: piscantiumque tragulis: & cadorum obturamentis. Praeterea in hyberno foeminarum calceatu. Quidnam igitur tenere & laxa ceruice legendum est? Veluti offensus monitor quod Poeta talia irrideat carmina ut nimis tonantia & plena: ita eum interrogat: ut ostendat talia carmina non esse reprehendenda: quando ab omnibus poetis talia fiant. Ad quod persius ridens subiungit quattuor carmina sequentia Neronis: quasi ostendens illa non esse nimis sonantia & plena: sicque Neronem irridet.

Et qui caeruleum dirimebat nereia delphin.  
Sic costam longo subduximus apennino  
Arma uirum non ne hoc spumofum & cortice pingui  
Ut ramale uetus praerandi subere coctum

Apenninus

Ramale

praerandis

BAR.FON. Et tibi quæ samios diduxit littera ramos: Non te fugit etiā quæadmodū Pythagoras: uirtutis uirtutūque uia similitudine ipsilon litteræ demonstrauit. Ea quidē a græcis ita pingit: ut in duos ramos aliquo in dexterā longior descendat. Samios autē ramos propter Pythagorā samiuū dixit: non quod litteræ huius inuētor fuerit: sed quoniā hominis uitā in huius litteræ formā primus diuiserit. Hominis. n. primā ætatem incertam esse dicebat: quippe quæ nec uitiis nec uirtutibus penitus inhæreret. postea biuium ipsilon litteræ a prima adolescentia incipere: quo tēpore homines dextrā aut sinistrā uia cū quadā electione capefferent: Huius uero litteræ formā palamedes qui ad Troiā pugnauit egruū uolatu assūpsit: ut philostratus uolumine quarto refert: quod & Claudianus ostendit pendula ceu paruis moturæ bella colonis Thracia cū tepido pmutant strimona nilo. Ordinibus uariis p nubila textitur aliis littera: penarūque notis iscribit aer. Laxūque caput cōpage soluta: Apertū somno caput ppter caluariæ suturas dixit: quæ ut Celsus octauo scribit: duæ super aures tēpora a superiore capitis parte discernūt. Tertia ad aures p uerticē tendens occipitū a summo capite diducit. Quarta ab eodē uertice per mediū caput ad frontē procedit. Oscitat hesterū. Oscitando euaporat quod heri comedisti. Oscitare autē est os totū adaperire: quod interdū excitatis a somno euenit: interdū & desidiosa quæ sit: unde & oscitatio: & oscedo deducit. Agellius libro quarto: Sed cū ille deierasset iuitissimū sese & repugnante oscitatione uictū: teneri quæ eo uicio: quod oscedo appellat: tū notæ iā destinate exēptus est. Dissutis undique malis: Hoc oscitantibus propter suturas malas accidit. Male enim Cello auctore in summa parte singulas transversas suturas habent. A mediisque naribus aut superior dentium gingiuis p mediū palatū una procedit: aliaque transversa idem palatum seccant.

De uita  
speculatio  
talitudo  
uirtute  
uirtute  
uirtute  
uirtute  
uirtute  
uirtute

IOAN.BRI. Est aliqd quo tendis: p ironiā interroga an aliquē spectet finem quo uita sua sit directa. Nā cū i reb' hūanis plures sint fines: is oīum secūdū philosophos potissimus habet: ad quē reliq' tēdūt. Quicquid enī faciūt hoies: seu nauigēt: seu ædificēt: siue alia quæ nis gerāt ob id faciūt: ut ad ultimū finem pueniāt ad uitā scilicet beatā. Dicit ergo poeta. Est ne tibi finis quæquam ppositis? quæsi dicat ex nulla quæ dē ratioe uita tua pēdet. In quo dirigis arcū: id est mentē tuā: metaphora est sūpta a sagittariis. An passim sequis coruos: tanquā nihil puidēs: & nihil de futuro cogitās: sumptū a pueris quæ sine ulla præmeditatione aues plerunque ita stulte insequunt: ut in foveas ferant præcipites: quod ostēdit eos: quorū uita nulla ratione & cōsilio regit in magnas miseria. deuenire. Securus: quia nihil cōsyderet. Horatius. Si ueluti merulis itētus decidit anceps In puteū foveaque. Ex tēpore uiuis: id est ut sese dant tēpora: nihil omnino pensi habens quod futurū sit. Helebor: frustra: monet homines ætate iuuenili summo studio bonis artibus & disciplinis inuigilandū esse cauendūque ne uitia in nobis inueterascāt: quæ ut in corporibus inueteratio morbi: ægrius depellunt. Helebor: herba est: quæ uerātrū a latinis uocat: qua cerebrū & bilis purgant & (ut diximus) hominis insania emēdat. Cutis ægri tumebit. In hydrosim incidetis: quo morbo cutis inflat. Et quod opus cratero? craterus nobilis medicus: de quo Horatius. Nō est cardiacus crater: dixisse putato. Hic æger: eiusdē nominis fuit & magni Alexandri dux. Magnos montes. i. magnos thesauros: hoc de puerbio tractū est: sic Terentius: non modo auri mōtes pollicēs: hic sensus est. Si i adolescentia & annis florētibus nō didiceris: nō est ut speres multa pollicendo magistris & philosophis (qui discipulū medici dici possunt) erudiri posse supuenient senectute. Discite o miseri: satyrica est exclamatio miserationi plena p quam hortatur homines ad philosophiam & cætera bonæ artium studia: relinquunt aliis opes & diuitias: quando melius nihil sit quæ ingenii uirtutibus gloriā quærere. Causas cognoscite rerum hoc est philosophiam naturalē: quæ circa rerum cognitionem uersatur. Quid sumus: hoc pertinet ad philosophiā moralem. quod nos oēs disciplinas & studia sequi debere. Aliq' ita interpretat: quā fragiles sumus: ac si dicat cū uita ipsa quæ fruimur breuis sit debet nos iuxta illd Salustii: quā maxie

Est aliquid quo tendis & in quo dirigis arcum  
An passim sequeris coruos: testa que: luto que  
Securus quo pes ferat: atque ex tēpore uiuis  
Heleborū frustra cū iam cutis ægra tumebit  
Pescentes uideas uenienti occurririte morbo  
Et quod opus cratero magnos pmittere moles  
Discite que o miseri: & causas cognoscite rerū  
Quid sumus: aut quid uicturi signetur: ordo  
Quis datus: aut metæ quā mollis flexus & uide  
Quis modus argēto: quod fas optare: quod asper  
Vtile nūmus habet: patriæ carisque ppi quis  
Quantū largiri deceat: quem te deus esse  
Iussit & humana qua parte locatus es in re.  
Disce: neque inuideas quod multa fidelia putet

habet si uita  
potest in uita  
uirtute

ad uita  
ad uita

o miseri

o miseri

quæ  
quæ  
quæ  
quæ  
quæ  
quæ  
quæ  
quæ



longam efficere uirtutis splendore quæ cū omnia breui elabant ipsa clara æternaq; habet: Virg. Breue & irreparabile tēpus. Omnib' est uitæ: sed famā extēdere factis: Hoc uirtutis opus: alius est sensus & melior: nos reminisci debēt nos natos esse homines rationis capaces & a Brutis ratioē discerni quā sequi nos decet. Ergo discite quid sumus. i. scite nobis a natura datā esse rationē: ex qua uita nostra pendeat: & ita cū superiorib' coniūgat: ut intelligamus ideo desidiosos uirtutis curā nō habere qā eorū uita ratione non gubernet. Aut quidnā uicturi gignimur: ut honesta & recta sequamur nati sumus. Ordo q; datus: quo ordie excolēda sit uita nostra: qui quidē talis nobis præscribit: ut nemini iniuriā fatiamus. Vnicuiq; quod suū ē reddam'. De omnibus bene mereamur. Hic ordo ē & regula qua nobis uiuendū est. Aut metæ quā mollis flexus: quā cito & molliter. i. sine strepitu hæc ætas nostra decidat: quæ ex floescente i senectutē quā mox declinat: unde Iuue. Obrepit nō itellecta senectus: & ita monet quando (ut diximus) uita nostra breuis sit: nos quā maxie uirtute longā efficere debere. Sūpta est trāslatio ab equis qui circa metas in circo currebant. Metæ. i. finis & termini uitæ. Vir. Metasquæ dati puenit ad æui. Et unde: subaudit' icipit: ut sit sensus: scite nostrā originē duci a mortalibus: & ideo nos esse mortales ut omnino nobis recte uiuendū sit. Quis modus argēto: ac si dicat auaritiā fugiendā esse: & ea tantū quæ satis sint ad uictū cōparanda. quæ omnia ex philosophia morali habent. Quid fas optare: quid optadū sit: ut intelligamus nihil a diis peti debere nisi (ut aiebat Socrates) tribuat bona: unde emergit illud Iuue. Nil ergo optabūt homies. si cōsiliū uis: Permittes ipsis expēdere numinibus quid conueniat nobis rebusq; sit utile nostris: Hoc ideo dicit poeta qā stulti contraria optāt: & pauci sunt qui quid optandum sit cognoscant: unde Iuuenalis: Quid enim ratione timemus Aut cupimus? qd tam dextro pede concupis: ut te Conatus nō pœniteat uoti; peracti? Quid asper Vtile nūmus habet? pecunia ob id inuenta est: ut non iam in terram defodiat: sed ut egentibus subueniamus: ad eam igit utilitatē parari debet: ut partim nobis partim aliis prodesse possimus. Asper: propter sculpturā: quod Pli. ostendit loquens de poculis: ea erant excisa in asperitate Virg. Cymbiaq; argento pfecta atq; aspera signis. patriæ carisq; propinquis. patriæ enim caritati nihil denegandum est: & propinqui eadem ratione adiuuādi. Quē te deus esse: fac inquit memineras deū uelle te bonū esse & iustū. Humana qua parte locatus es in re. q. d. eū in rebus humanis uaria sint animalū genera: te hominē esse scito: cui soli rerū administranda; ratio concessa est: & ideo non feritatem: sed humanitatem exercendam esse. Nec inuideas q; multa fidelia putet: hic docet auaris diuitias esse relinquendas: & præ uirtute omnia paruifacienda esse: Hæc est quæ: præcipit' philosophia moralis. Fidelia: genus uasis in quo optime feruantur salsamenta.

Meta

no 9 e p...

BAR. FON. Est aliquid quo tendis/propoluisti ne aliquē finem ad quem pergastan uero uagus: & fluctuans erras? Et in quo dirigit arcū. A sagittario tractū est: signū quo sagittam dirigit inspectanti. An passim sequeris cornos: testaque lutoque. An more coruorum nullo creto mearum uolantiū per cenosam stratā que uiam duceres. Coruos autem pro prauis: & a uirtute deuantibus: sine ullo respectu ponit: Iuuenalis. Dat ueniam coruis: uexat censura colūbas. Nonnulli quod luto a lapidibus coruos insectet legunt. Hel-leborum frustra cum iam cutis ægra tumebit. Optima similitudine utitur. Sicut enim morbo antequam uires adaugeat occurrēdū est: quoniā illi ingrauescit frustra remediū adhibet: sic uitiis antequam illis occu-pemur: repugnandū est. Nam ubi in animis nostris penitus infederint: difficillime dimouent. Et quid op-cratero: nihil opus est desperata ualitudine. Cratero magna premia polliceri. Craterus quidem isignis medicus augusti tempestate floruit: de quo Horatius in sermonibus Non est cardiacus craterū dixisse putato. Magnos montes: Antiquū dictū: in eos qui nimis magna temere pollicent'. Aut metæ quam mollis flexus per metæ similitudinē admonet: ne a uirtute ad uitia dilabamur. Meta uero a metiendo dicit: terminusque est ac signū: quo cursus intendit: ac circa quod circulū aurigæ uertunt. Moris. n. erat septies metam lustrare. Propertius aut prius insecto deposcit premia cursu. Septima quam metam triuerit ante rota. Hanc cōsuetudinem postea domitianus inuertit & a septena lustratione ad quinam redegit. Suetonius i eius uita. In his circensium die quo facilius centum missis peragerent singulos a septenis spatiis ad quina corripuit. As-per nummus: Nummi signo impressi contractando digitis asperi sunt. Contra non signati leuigati & per-politi sunt. Nummus uero: ut Aristoteles in ethicis. refert non a natura: sed a lege mons dicitur: est i ductus: & ueluti subsidiū. commutandarum rerum compositus. Et humana qua parte locatus es in re. Quo in gradu rerum humanarum locatus sis: & quam facultatem rerum optineas: ne plus minus ue facias q̄ conditio tua ferat. Nec inuideas: quod multa fidelia nec liuore afficiaris: quod aliquem ditioem te cernas: & qui penarium multis rebus refertum: habebat quas umbri marisque clientes sibi donarint. Putet: tam diu serua-ta sit ut putorem grauemque odorem redoleat.

no 8 e p...

In locuplète penu defensis p̄guibus umbris  
Et piper & pernae marsi monumenta glientis  
Menaque quod prima nodū defecerit orca.  
Hic aliquis de gente hircola centurionum  
Dicat: quod satis est sapio mihi: non ego curo

IOAN. BRI. penu: appellatione penus intelligi-mus auctore Gelio omnia esculenta & proculenta in usum totius anni. Terentius cum in cellu-lam patris omne penum congregabam. Horatius. portet frumenta penusque: hic autem posuit penum pro reconditorio rerum. Locuplète: locu-plete. Aius. Gelius dici putat quasi loca pleraq; tenentem. Umbris umbrorum gens: antiquissi-ma italia existimat: ut quos umbrios a grecis pu-

no 8 e p...  
locuplète uide  
umbr

tent dictos quod inundatione terrarū imbribus superfuissent. Tercenta eorū oppida thusci debellasse repe-  
 riuntur. Pinguis: ob generosum oleæ liquorem. Nam auctore Plinio: hoc certamē humanæ uoluptatis te-  
 nuere. Piper: apud indos præcipuæq; in fronte caucasi solibus opposita gignit: arbor aut quæ piper gignit  
 iuniperis nostris similis est: piper quod candidū dicit: in pretio ē: idq; cibarius addebat. Horatius Primus &  
 inuenior piper album cū sale nigro. Pernæ: eam partē in sue acceperunt antiqui quæ cruribus cōiuncta esse  
 Ita enim scribit Cato Cum pernas emeris ungulas eaq; præcido Pli. tamen pro cruribus accepit cū ait: Ca-  
 strantur sceminæ suspensæ pernis prioribus. Marfi: populi apuliæ abellinares ante appalati. Clientis: cliē-  
 tes dicuntur qui magnos uiros sequunt: quasi colentes. Nā Romulus auctore Festo cū plebem tutā esse uel-  
 let: eam inter patres distribuit: ut eorū opibus defenderetur: unde nunc primū & patrocina & clientelæ isti-  
 tutæ sunt. Monumenta: dicunt quæcunque reliquunt ad memoriā. Clientes ergo ut beneficii accepti me-  
 mores esse uideant aliquid donant: quod sui sit memoriā conseruatur. Menaque: Piscis ē marinus: qui co-  
 lorē ut scribit Plinius mutat: nam hyeme candidus: æstate fit nigrior. Hic aliquis de gente hircosa centurio-  
 nū: mira urbanitate dum rationes aspernantis recitat: eos perentit: qui & uirtutes & uiros uirtuosos conten-  
 nunt. Hic: pro tunc. Gente hircosa: hispida hirsuta: quæ tantū laboribus & militiæ sit apta: nā fruticantib;  
 pilis sub halis hircosi dicunt ob fœtorem hircinū: iique ad militiam putabant idonei. Iuuenalis. Sed caput  
 intactū buxo nareq; pilosas Adnotet: & grandes miret Lelius halas. Centurionū. i. militū. ut alibi: Dixeris  
 hæc inter uaricosos centuriones. Centuriones dicti q; centuriis præsent: quarū cēturius est numerus. Quod  
 sapio satis est mihi rationes contemnentis philosophiam.

piper  
 Perna  
 marfi  
 patrocina  
 clientelæ  
 mena  
 hircosus  
 hic  
 centuriones  
 seduus pecuniosus  
 penas  
 Penariū  
 Umbria  
 perna  
 monumentū

BAR.FON. In locuplete penus: in copioso atq; habūdanti penario. Locuples uero locorū plenus: quæ admo-  
 dū pecuniosus a pecorū copia: assidu<sup>9</sup> ab asse dādo cognominat. Penus aut omne esculētū: poculētūq; signifi-  
 cat. Penariū uero locū itra domū i quo penus reponit. Est aut penus quarte declatiōis i genere masculino &  
 fœminino: in neutro uero tertiæ: nā hoc penus penoris: ut pecus pecoris facit. Horat. primo li. epistolæ. An-  
 nonæ. p̄sit: poterit frumēta penusq; Viri i masculino uel fœmenino posuit. Cura penū struere & flāmis adole-  
 re penates. Umbria umbria regio ab pœnino ad adriaticū usq; sinū ptendit: dicta q; i undatiōe terrarū im-  
 bribus supfuerit. Et pna a pede pna dicta ē: cū toto pede sahita. Cato de re rustica: & eo additō unguā d pna  
 Marfi monumēta clientis: ob eā causam a cliētib; missa: ne e memoria patronorū excidāt. Monumentū. n. est  
 quicqd de aliqua re nos monet. Marfi uero populi ultra picenū pelignis & marucinis uicini sunt. Menaq;  
 mena piscis ē colorē mutans: candida enī hyeme Plinio teste sunt. Aestate uero nigriores. De gente hircosa  
 an inculta & horrida militantiū more: an potius graue olēti & fetida eiusmodi hirci sunt: utpote quæ libidi-  
 nibus luxurq; intēta a disciplina degenerarit.

IOAN.BRI. Arcesilas: pitaneus fuit academiæ ni-  
 hil affirmantis clarissimus antistes Crantoris disci-  
 pulus: qui cū in dicendo gratissimus esset: & in scri-  
 bēdo satis exercitat<sup>9</sup> poetica quoque operā dedit.  
 Et ille ē qui: ut refert Plutarcus auctore Gelio: cū ui-  
 disse quendā diuitē nimi delicatū: qui icorruptus  
 tamen & castus dicebat: nihil inquit interest quib;  
 mēbris cynedi sitis posterioribus an prioribus. Hic  
 ab aliis Arcesilaus dictus ē. Obiit teste Hermippo  
 cū uinum imodice bibisset. Erumnosiq; solones. i.  
 septē sapientes græciæ: quorū unus fuit Solon Ex-  
 cestiadæ filius: parria salaminis: qui regnate Tarq-  
 nio prisco Romæ Athenis claruit. Is teste Aristote-  
 le leges dedit atheniensibus tanto cū tēperamēto  
 ut parem gratiā teste Iustino a senatu & plæbe contraheret: quanq; uā plæbs & senatus i sūma prius eēt dif-  
 fensione. Quib; si atheniēses ppetuo uti uoluisset: sēpiternū ut ait Valerius. habituri fuisset iperū. Idē oracu-  
 li iudicio sapiētissim<sup>9</sup> habit<sup>9</sup> ē. In cypro cū Pisistrati tyrānidē fugisset: mortuus ē: aō ætatis. lxxx. Erūnosiq;  
 sēp i laborib; & miseriis uersant: nā erūna auctore Cicerōe ē egritudo laboriosa. Obstipo capite. i. obliquo  
 Hor. Stes capite obstipo multū similis metuēt. Columella loquēs de suib; febricitatiū inqt hæc signa sūt: cū  
 obstipæ sues transuersa capita ferāt. Trāqllus i Tiberio. Incedebat ceruice rigida & obstipa. Rabiosa silētia  
 tractū a canib; q; i rabiē uersi nescio qd secū frendūt. Trutinant: p̄sirat q̄si i trutina. Aegroti ueteris me. so.  
 appellat aspnator uirtutis q̄ philosophi disputāt & differūt: tāq; somnia ualliudinarii hoīs Meditātes: æmu-  
 latio ē Horatii. Nescio qd meditās nugar: totus i illis. Gigni De nihilo nihil in nihilū nil posse reuerti.  
 Hoc ē cur palles: cur quis nō prædeat hoc ē.  
 His populus ridet: multūque torosa iuuentus  
 Ingeminat tremulos naso crispante cachinos

Obstip<sup>9</sup>

Nec q abaco nūeros & secto puluere metas Scit risisse aufer multū gaudere paratus: Si cynico barbam petu-

*[Handwritten notes and corrections at the bottom of the page]*

ians: nōaria uellat. Torosa: carnosā & pulposa: quo uocabulo utimur et in rebus inanimatis: ut saepe ē apud Pliniū. Cachinos: risus imoderatos. Inspice nescio quid trepidat mihi pectus: insurgit poeta in eos: q̄ tanta sūt intēperantia: Vt quāuis ualitudinari sint cupiditatum tamen uitia superare non possint: sed iis ita inseruiant: ut grauiori contracto morbo moriantur: Hos igitur poeta ridendo percutit: ostendens q̄ turpe quēq̄ miserum sit hominem cupiditati & corporis uoluptatibus succumbere.

BAR.FON. Archesylos: Scythi hic fili⁹ patria pitaneus: clarusq̄ philosophus fuit: & ætatis anno quinto & septuagesimo obiit. Erūnosiq̄ solenes. laboriosiq̄ studio. n. sapientiæ dedit: ceteris rebus omissis multos labores perferunt: ob quod erūnosi cognominant. Solō uero patria Salaminus exereptidix filius athenis maxime claruit: sed pisiistrati tyrannidem fugiens in cypro: tandem octoagesimo āno ætatis moritur. Obstipō capite tristi: seuero ad terram inclinato obstipi dicūtur: quibus colla rigens & in humerum capita inclinata sunt. Exporrecto labello. Labra interdum contrahimus interdum exporrigimus: atq̄ extendimus. Qui autem interloquendum uerba præponderant labra quodāmodo extendere uident. Gigni de nihilo nihil: & Democritus abderites & Dioge. A poloniatēs: & Epicur⁹ & philosophi fere omnes nihil esse qd̄ sui originem non habeat: Neq̄ quicq̄ ex nihilo gigni posse: aut in nihilum id qd̄ aliquid est conuerti posse. scripserunt. Omnia. n. ex aliqua re fieri necesse esse dixerūt: quoniā si quod defluit interiret in id quod non est.

Omnia iam dudū interruissent: quū ea non essent in qua dissoluerent. Torosa iuuentus: ualens & robusta. Tori enim partes membroꝝ ueruose calosæq̄ & ī se propemodū collectæ sūt. Valerius Flaccus: protulit horrendosq̄ toris informibus artus: qd̄ & de uenis quoq̄: quū uarium in morem quibusdam ī locis turgescūt: dicit. Celsus in: vii. Ac per ipsos uenas toros inæquale est. In herbis quoq̄ eodem Pli. uerbo utitur: nam de inula scribēt ait. Breuior his est sed torosor amariorq̄ in nulla. Item de brassica: alii in orbem porrecti. alii in latitudinem torosi: Itē de asperagis qui caulem educens tēpore ipso quo fatigatus est in toros stringitur:

Inspice nescio qd̄ trepidat mihi pectus & ægris  
Faucibus exuberat graui halitus: inspicie sodes  
Qui dicit medico iussus req̄lescere: postquā  
Tertia compositas uidit nos currere uenas.  
De maiore domo modice sitiente lagena  
Lenia loturo sibi surrentina rogarit.  
Heus bone tu palles: nihil ē: uideas tamē istud  
Quicquid id ē surgit tacite tibi lutea pellis  
At tu detereor pales: ne sit mihi tutor:  
Iam pridē hūc sepeli: tu restas perge tacebo  
Turgidus hic epulis: atq̄ albo uētre lauatur.  
Guttore sulphureas lēte exhalāte mephites.  
Sed tremor iter uina: subit: calidūq̄ trientē  
Excutit ē manibus: dentes crepuere relecti  
Vnctā cadunt laxis hinc pulmentaria labris  
Hinc tuba: candelē tandemq̄ beatulus alto  
Cōpositis lecto: crassisque lutatus amomis

IOAN. BRI. Inspice: uerba sūt in agrotantis. Trepidat: palpitat. Grauis halitus: difficilis & olens. Faucibus: phisycū est laborantē stomachi cruditate graue olentiā emittere. Fauces auctore Pli. uocatur sūmum gulæ: æque nūero tātū plurali. Qui dicit medico. Ordo ē: qui dicit medico quæ supra dicta sunt iussus requiescere rogauit sibi loturo surrentina lenia de maiore domo postq̄ tertia nox uidit uenas compositas currere. Venas cōpositas: pulsū arteriæ quietum. De maiore domo. i. diuitiis. Lagena: genus uasis. Modice sitiente: parū capaci. Surrentina: auctore Plinio cōualescētibus maxime probata erāt propter tenuitatē salubritatemq̄. Tiberius tamen cæsar dicebat confēsisse medicos ut nobilitatē surrentino darēt alioquin esse generosū acetum. C. Cæsar qui successit illi nobilē uappā: Surrentina dicta sunt a surrentinis montib⁹ cāpaniæ. Lenia: tenuia. Tria enim sūt uini genera. austerū: dulce: & lene. Sibi loturo. i. qui balnea ingressurus ē: Heus bone tu palles: uerba medici reuissent is agrum. Nihil est: uerba ægroti aspnantis monitiones medici. Uideas tamē istud: uerba medici bene cōsulētis. Surgit tacite tibi lutea pellis: subaudi nam. Lutea: coloris crocei: qd̄ ī infirmo pessimum est signū. At tu detereor pales: tantum

ab est ut capiat consiliū medici: ut ultro ēt irrideat. Ne sis mihi tutor: curator: qualis pupillis adhiberi solet Hora. Siue ego prauē: seu recte Hoc uolui: ne sis patruus mihi. Iam pridem hūc sepeli: quasi dicat eū a quo regēdus erat: non se ipsū bene exisse: quando quidēate se mortuus sit: quare isert tu restas quē ante sepeliā q̄ moriar. Aemulatio est Horatii. Omnes cōposui felices: nūc ego resto. Confice: Perge tacebo: medici sunt: uerba irati & discedētis. Atq̄ albo uētre lauatur: nā ante cœnam romani auctore Celsō exercebant: post eā exercitationem balnea ingrediebantur: quod Appianus alexādrinus indicat loquens de Catone uticensi. Circa uespetam a balneo ad cœnam transit. Idque etiam ab antiquis obseruatum ostendit Virgilius cum ait Littore aena locant alii flammæque ministrant. Tum uictu reuocant uires: nam auctore Seruio grāmatico aena parata erant a troianis ut se ante lauarent q̄ cœnarent. cum heroicis temporib⁹ carne elixa non uescerentur. Albo uentre: Pallido Horati⁹: Vides ut pallid⁹ omnis Cœna defurgat dubia: Mephites sulphureas halitus graues & olentes. Mephitis autem odor est nascens ex terris sulphuratis. Virgilius. Seuamque exhalat opaca mephitim. Sed tremor inter uina subit: ex nimia repletōe & cruditate stomachi in conuiuuis obrepunt tremores & repente moriuntur. Iuuenalir. Hinc subitæ mortes atque intestata senectus. hinc erūpit indignatio poetæ. Calidumque trientem: genus est uasis Potorii. Martialis. Cum potes amethistinos

*Omnia nōaria uellat*

**Obstip⁹**

**Tori**

**Fauces**

**Surrentina**

**Tria uini**

**Austerū**

**Dulce**

**Lene**

**Mephitis**

*H*

*e*

*b*

**Tries, g.** trientes: & nigro madeas opimiano. Item genus mummi. Iuuenalis. Quem porrigat ore trientem. Pulmē uasis po-  
**torii** taria: pulmentarioꝝ appellatione omnia ciborum genera minutissima intelligimus a pulte denomiata ut scribit Plinius. Horatius. Tu pulmentaria quære sudado. Seruius quoq; in bucolicis dicit Testilem esse no-  
**nummi** snē mulieris rustica: quæ messoribus æstu fatigatis diuersa genera herbarū cōtundens pulmentarium iis pa-  
**Pulmētū** rat. Hinc tuba: cōsuetudo fuit maioris ætatis ut funera ad tubā efferētur. Virg. It. celo clamorq; uix: clāgor

*Handwritten marginal notes in the left margin, including phrases like 'ad hoc', 'in lectis', 'ut Celsus', and 'ut scribit Plinius'.*

q; tubarū: Mioris uero ad tibias. ut Stat. de Archemoro. Tibia cui tenoros solitū deducere manes. Id quo-  
q; seruātū fuisse in funere eius corni q; Tiberiū: deīde Germanicū & Drusū cæsares nomiātim salutabat: Pli-  
ostēdit cū ait. Cōstratū lectū sup æthiopū duorū humeros præcedēte tibicene: & coronis oīum generū ad ro-  
gum usq;. Beatus: qui beatus existimabat & diues. Alto lecto: nobili & diuite. inuidiose hoc dicit: nam  
in lectis funera deferebātur. Suetonius loquēs de funere cæsaris. Lectū pro rostris i forꝝ magistratus & ho-  
noribus functi detulerunt. Lutatus: Perfusus. a luto deriuatū. Crassis amomis: i iudiā tempore suoꝝ hoc di-  
cit: quibus corpora mortuorū aromatibus perūcta sepeliebant: Persius alibi. Vernæ ossa inodora dabit Pli-  
nius loquens de unguentibus sic ait. Honosq; iis ad defunctos pertinere cœpit. Amomis: unguentis ex  
amomo. nā iter unguenta acutiora fiunt costo: amomo: quæ maxime nares seriant: crassiora mira iuauioraq;  
Medicinæ autē utiliora croco: acerrima per se amomo. Hoc & capitis dolores facit. Amomū genus fruticis  
Palmi altitudine: cuius uua in usu est indica. Laudatur q; maxime punici mali foliis simile nec rugosis? colo-  
re rufo: nascitur in armenia parte: que uocatur Ocene & in Media: & in Ponto.

**BAR:FON.** Inspice in cōtinentiā desidis delicatūq; uiri carpit: qui cū paucorū dieꝝ abstinentia sanari possit  
contra medici præcepta balneo ac uino utens in grauiorē morbū recedit. unde mors tandē consequit. Inspi-  
ce autē ab ægrotante ad medicū dī: Nescio quid uel ægroti parꝝ quid morbi esse dicentis uel medici potius  
uerba sūt ignorare se quid inspiciat asserentis. Trepidat mihi pectus: notæ aduersæ ualitudinis future sūt:  
ut Celsus ē lib. ii. refert: si dolor præcordiorū ē: aut totius pectoris: aut si spiritus grauior est. Postq; tertia cō-  
positas uidit uox currere uenas: Medicinæ Persius nō ingnarus ea pfecto ponit q; ueteres medici obserua-  
ueret: Celso. n. auctore lib. tertio: ubi corp' ægrotare incipit quis unā fibris accissionē secuta integritas est: ta-  
mē qa tertia timeri potest expectandus est dies tertius: & ubi accessionis tēpus præteriit cibus dandus est  
sed exiguus: quia quartana quoq; timeri potest: Hic autē die tertia cum uideret febris non reuertisse: tāquam  
omni periculo liberatus ad pristinū uictū & incontinentiam rediit: Modice sitiente. Cui ad sūmum librum  
parꝝ desit. Lenia surrentina Tiberius cæsar. ut scribit. xiiii. lib. Pli. cōsensisse dicebat medicos ut nobilitatem  
surrentino uino darent. Surrentini at mōtes & cāpania uicini massicis gauranisq; collibus sūt. Heus bōe tu  
palles. Medici uerba sunt ne se lauet: ne ue largius uino utatur: quoniā pelleat. Nihil est. ualitudinem æger  
dissimulat: quo possit solitæ incontinentiæ indulgere. Videas tamē. Admonet medicus quamuis a morbo  
liberatus sibi ipsi uideatur: caueat tamen quoniam cutis eius tacite itumescat. At tu deterius palles: medico  
cōuiciatur præmonens ne sibi tanquam custos & tutor sit. Perge tacebo. Nullum se ulterius uerbū facturū  
promittit medicus. Turgidus hic. Ex persona sua poeta loquitur: ostendens hūc tandem ob incontinentiā  
interiisse. Gutturē sulphureas lēte exhalate mephites. Ructus & exhalatio crudi stomachi signa sūt. Mephi-  
tis autem cum terræ putor sit exaquis maxime sulphuratis atq; etiā corruptis proueniens: per translationē  
ad grauem ructationis odorem rettulit. Calidumq; trientem. Et si triens est tertia assis pars: pro calice ta-  
men hoc loco ponitur: qui tertiam sextarii partem continet. Callidū uero dixit uel quia tandiu calicem  
manibus potando ante tremorem aduentantis febris tenuerit: ut eum calefecerit. In quo summa arte lon-  
gam eius potationem incontinentiamq; repræhendit: Vel ad calidā potionē rettulit. Iuue. Quādo uocatus  
adest calidæ gelidæq; minister. Hinc tuba funera ad tubam efferēbant. Virg. de Pallāte. It celo clamor que  
uirū clangorq; tubarū. Beatus alto compositus lecto crassiq; lutatus amomis Beatus ut scribit Pli. ho-  
minem etiā in monte luxuria fecit adhibens urendis defōctis pretiosa aromata: quæ deorū sacris conuenie-  
bant. Lutatū autem pro oblito & unguentario ponit. Cadauera enim uariis aromatib' condiebant: amomo  
præsertim: cuius uua in uite per simili labruca in india nascit: frutice uenenofo: palmi altitudine. Oritur &  
in armenia & in siria & in media & in ponto.

**Quirites**

**IOAN. BRI.** In portā rigidos calces extēdit: fune-  
ra. n. pedibus præcedentibus efferunt. Hesterni  
quirites. i. liberti q; pridie mortē domini libertatē  
accepere. Quirites: romāi. Cures enim urbs quō-  
dam fuit sabinorū isignis nūc aut: ut scribit Strabo  
uiculus: ex qua acciti. T. Tatius & Numa pompili'  
Romæ quādoq; regnantes. Hinc quirites appel-  
lare solent Romanos: q; orationem habēt ad popu-  
lū. Capite induto: accepto pileo: quod raso capi-  
te iduebant cū liberi fierēt: nā serui cū manu mitte-  
bant in tēplo. Feroniæ: quæ libertorū dea perhibe-  
bat: raso capite pileum accipiebant: cuius rei Plau-  
tus in amphitriōe mentionē facit. Quod utinā ille  
faxit iuppiter: & ego odie raso capite caluus capia

**Feronia**

In portam rigidos calces extendit: at illū  
Hesterni capite induto subiere quirites  
Tāge miser uenas: & pone in pectore dextrā  
Nil calet: hic sūmosque pedes attinge: māusq;  
Non frigent: uisa est si forte pecunia: siue  
Candida uicini subrisit molle puella:  
Cor tibi rite salit positū est argente catino  
Durum olus: & populi cribro decussa farina  
Tenemus fauces tenero latet ulcus in ore  
Putre quod haud deceat plæbeia radere beta

*Handwritten marginal notes at the bottom of the page, including phrases like 'ad hoc', 'in lectis', and 'ut Celsus'.*

*Alges* cū excussit mēbris timor albus aristas  
Nunc face suppositas feruescit sanguis: & ira  
Scintillant oculi: dicisque facisque quod ipse  
Non sani esse hominis: nō sāus iuret hōrestes  
Satyra quarta.

*Alges q. se p. frigid.*

pileū. Pli. loquēs de Cornelio cina: pileū libtatis eē  
signū idicauit cū ait. Vocatisq; ad pileū seruis aduer  
sarios uicit. Tange miser uenas: inuehit i eos qui  
ocio & desidia cōsulētes languorē præ se ferunt:  
& tamē supantib⁹ aī cupiditatibus ratioē cōtineri  
nō possūt quin ita ferāt: ut iis uihil i sanis habea  
tur. Tales igit poeta deridet: docens nihil hoi mise  
ri us q̄ aī uirilī laborā: itaq; iducit hōiem agrotū

qui medicū de ualitudine cōsulat. Miser nominatiu⁹ est. i. ipse æger miser: subaudi ait. Nil calet hic p̄nuntia  
tue legēdū est uerba sūt medici negātis eū calere. Nō friget: uerba medici ostēdētis nullum profus esse si  
gnū ægritudinis. Vifa pecūia: hic ostēdit hōis auaritiā. i. si aliqua spes ostētata fuerit puellæ: uel pecuniæ ha  
bendæ tibi q̄ infirmitatē fateris: statim in eā prorūpes lætitiā: ut nō æger sed sanus agnoscere. Subrisit molle  
pro molliter: tāqua tibi obsecutura. Puella tūcini: hic ardorē libidinis demōstrat: hæc dicūt ex persona poe  
tæ sublanantis. Cor tibi rite salit. s. pre nimia lætitia. uerba poetæ irridētis. Positū ē argente catino: deest  
si: ut sit sēsus: si huic q̄ iā morbo liberat⁹ uidet cibos populares apposueris: rursus morbo teneri se dicet. Per  
qd ostendit q̄ turpe sit hōiem esse tantæ uecordiæ: ut ratiois iperū fugiat: & appetitui obtēperet. Duore  
olus olera dicūt quæ in orto nascunt: ab alēdo. inter olera Celsus cōnumerat et rapas. Catino: uas ē escatiū:  
Cribro: instrumentū est quo farina decutit & purgat: ex setis equinis fieri cōsueuit: id ēt apud natiōes orien  
tales ex serico conficit. Populi. q. d. quo utunt plæbei & pauperes. Tētemus fauces: subaudi si medicus di  
cet. Tenero latet ulcus in ore: uerba ægroti: possūt et esse poetæ irridētis eius amentia q̄ ira aī affectibus obtē  
perat: ut modo sanitatē mō ualitudinē corporis præ se ferat. Radere: tāgere. Plæbea: qua pauperes uescūt.

*Alges*: legendū est i se cūda p̄sona nō in tertia: qd indicat sequētia Dicisq; facisq;. *Alges*: febricitas quidē:  
ut sit sēsus: morbo quidē acri uexaberis: sed ratiois oblitus ita i irā oblata leni occasiōe effuderis: ut delirus es  
se uideare. Tremor albus: febris. ab eo qd præcedit id qd sequitur. nā febrē sequit tremor. Albus: pallid⁹ ut  
supra Atq; albo uētre lauat. Aristas: metaphoricos pilos. nā aristæ pprie sunt Aculei spicæ: dicte qd cito  
rescāt. Face supposita: materia iracōdiæ. Scintillant oculi: expressio irati. Dicisq; facisq; qd ipse non sani e.  
h. n. i. o. ordo est. dicis & facis qd ipse Orestes: nō sanus iuret esse hōis nō sani. Ipse: emphasis. i. qui ratione  
profus caret. Orestes: Agamemnonis mycenæ regis filius fuit & Clytemnestra: qui cū patrē a bello ilia  
co reuersus ab Aegisto adultero & Clytēnestra itēfectū cognouisset: seq; ab eisde in mortē uocari: capta op  
portuitate Aegisthū & matrē necant: Cuius partidii Areopagitæ: iudiciū subire coactus uariatatis ut scribit  
Cicero in oratiōe pro Milone sentētiis absolutus fuit Ceteræ cōscientia gestorū exagitatus in insaniā & furias  
uersus uidere sibi uidebat matrē se ardētibus facibus & serpētib⁹ atris insequentē. Vnde Virg. / Armata faci  
bus matrē & serpentibus atris. Cū fugit: ultricesq; sedēt in limie diræ: Pacuuius orestē inducit mōitu Pylar  
dis ut furias uitatet Apollinis templum ingressum: & cum iudæ exire uellet ei furias occurrisse: ad quod re  
spexit Virg. Ultricesq; sedent in limine diræ. nota est historia.

**BARTOLOMEVS FONCTIVS.** In portam rigidos calces extendit: cadauera anterioribus pedibus  
efferuntur ut interitus ortui contrarius demonstratur. Hesterni quirites: hesternā die morte domini libe  
ratis: & quiritum ius adepti. Capite induto pileato: nam libertatis iditium pilei gestamen erat. Tāge miser  
uenas: ab infirmitate corporis unde propter ægroti incontinentiam mors tādem hominis secuta est ad æ  
gritudinem animi transit: qua animus demersus in uitiis moritur: medicum uero inducit adolescentis aua  
ritiam: libidinem: gulositatem: iracūdiām: obque uitia insaniat reprehendētē. Nil calet hic: nullum in te fe  
bricitantis calorem sentio. Non frigent: nullum aduentantis febris indicium uideo. solet enim frigus febrī  
præcedere: ac tunc extremæ partes prius & frigere incipiunt. Vifa est si forte pecunia: tuū iquid morbum co  
gnoui. Ipso enim sano corpore es: mente uero non bene uales: nam & auaritia & libidine æstuas. Positum  
est argente catino durum olus: hec perinde accipienda sūt ac si adolescens uiles dapes repudiasset: seque ap  
petitum non habere dixisset quod ex eo medicus dicit accidere: quoniam cibos uiles fastidiret. Algēte ca  
tino: uel quia ferculum i catino refrigeratum esset: uel quod melius est ad saporem rettulit. Catino enim qd  
non lauti ferculi erat attribuit. Et populi cribro de cussa farina. Plebei ac tenues non ex molli siligiē Facto  
sed pane secundario utebantur: qui enim pauperes sunt: rarioribus cribris utūtur: quo plus panis & fursuris  
minus conficiat. Cribrorum autem genera plura sunt galliæ enim auctore Pli. setis equorum inuenere.

Hispania lino excussoria & polinaria: ægyptus e papyro atq; iūco: farinam uero a farī denominatam no  
mine ipso apparet. Tenero latet ulcus in ore: gulositatem eius ostendit: quæ nō nisi lautis cibus expleri pos  
sit: uulcus uero causa est & testā intra cutem malignitas: *Alges* cum metu pecuniarum uel libidinis affice  
ris tūc frigescis. Timor alb⁹: pallidus ab effectu. timor enim pallorem introducit cū ab exterioribus partib⁹  
ad præcordia sanguis recurrat. Aristas: pilos qui in humano corpore uelut aristæ in grano sunt arista enim  
ut acus tenuis longa eminet e gluma: atq; ut Varro. i. de re risti. li. placet: dicta est: quod arescit prima granū  
gerēdo: Excussit uero quasi excutiendo erexit: ut steterūtq; comæ & uox faucibus hæsit apud Vir. Nunc fa  
ce supposita feruescit sanguis: adolescentem irritatum. atq; ira commotū significat. Dicisq; facisq; eū quoq;  
ob superiora uitia insanire ostendit.

*Olera*  
*Catinus cribro*  
*appellatur dicitur*  
*nam quod dicitur*  
*appellatur dicitur*  
*nam quod dicitur*  
*appellatur dicitur*  
*nam quod dicitur*  
*appellatur dicitur*  
*nam quod dicitur*

*Cribro. farina uide*  
*g. plura*



**R**em populi tractas: reprehensus hac Satyra eos: qui aliena uitia sollerti diligetia perspiciunt & no-  
 tat Domitii Nerōis pditissimis offēs morib: eū i primis acerbitate satyrica infectat q̄ uixdū pue  
 ritia egressus decrepto p Agrippiæ matris Scelus Britanico post mortē Claudii iperiu occupauit  
 cū p atate & reg iperitiā qd agēdū qd ue dicēdū eēt ignoraret: sed oia sibi alterius cōsilio admini-  
 strāda eēt. Nā ut scribit Corneli°. Illud i urbe iactabat quēadmodū princeps uix decē & septē ānos egressus  
 suscipere eā molē aut ppulsare posset: qd subsidiū i

Satyra quarta

eo q a scēmia regetet (Nā matri summa oium regē  
 auctore Trāglo publicæ priuatarumq̄ pmisit (nū  
 prālia quoq̄ & oppugnationes urbiū: & cetera per  
 belli magistros administrari posset alii inquirebat  
 hinc igit exclamat. hinc excā descendit: Et ne i principē  
 cuius tēporibus floruit poeta: ferri uideat: Socrate  
 inducit: qui Alcibiadē Atheniēsū discipulū suū re-  
 prehēdat. Hoc ego excogitauit: qd qdem uero ue-  
 rius est. Alii uero astutiā poetæ & tēpora qbus flo-  
 ruit: nō considerantes hunc locū generaliter erro-  
 manifesto accipiunt. Rē populi tractas: iperiu ro-  
 manū suscipis regēdū: cū interrogatiōe & inrepa-  
 tione legēda sunt: Barbatū hoc crede magistrum:

Em populi tractas: barbatū hoc crede ma-  
 Dicere: sorbitio tollit quē dīra citutæ (gistrū  
 Quo fretus: dic hoc magni pupille pericli.  
 Scilicet ingeniū. & rerum prudentia uelox  
 Ante pilos uenit: dicenda tacendaque calles  
 Ergo ubi commota feruet plæbecula bile  
 Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ  
 Maiestate manus: qd deide loquere: quirites  
 Hoc puta nō iustū ē: illud male rectius istud

hac statim poeta subiecit. ne suspectus esset Neroni tanq̄ eū notaret: Sensus est igit. Alcibiade q̄ dicunt i cor-  
 rectionē mox tuor̄ a Socrate dici credito. Barbatū magistrū: Socrate: quo magistro usus est Alcibiades a/  
 quo etiā dilectus: sed ita tamē: ut Plato scribat in symposito suo Alcibiadē cōmemorātē se pernoctasse cū So-  
 crate: nec aliter ab eo surrexisse ac filius a parētē debuerit. hic priā atate ab Atheniensibus dux electus cū Ni-  
 tia & Lamaco aduersus Siculos bellū gessit: sed ad reatū uocat⁹ q̄ sacra Cereris nullo magis q̄ silētio solēnia  
 enunciasset: siue cōsciētā siue indignationē rei nō ferens tacitus in exiliū æolidē pfectus est: De hoc Aemi-  
 lius: Plutarchus & Trogus. Cicuta: cicuta uenenū ē publica Atheniēsū pœna iussa. Semē habet noxiū: ei  
 & foliis refrigeratoria uis est: quæ si enecat: incipiūt algere ab extremitatibus corporis. Remediū est prius q̄  
 perueniat ad uitalia uini natura excalearia: sed in uio pota irremediabilis existimat. Tollit perimit. So-  
 crates Atheniēs philosopher clarissimus filius Sophronisci marmorarij: & Phanaretæ obstetricis: primus  
 fuit qui philosophiā moralē: ut ait Cicero euocauit e celo: coegitq̄ de uita: & morib⁹ rebusq̄ bonis & malis  
 q̄rere cū ante illū philosophi oēs reb⁹ physicis pscrutadis operā tantūmodo ipēderēt. Sed cū hic nonnunquā  
 Anytum Atheniēsē uix locupletē. & factiosū rideret ob eius iēptias: Aristophanes comicus doctus quidē:  
 sed hō pax pbus accepta grādi pecunia ab Anyto: cōtra Socrate cōmēdiā scripsit: cuius titulus ē. Nephile. i.  
 nebulæ: que quidē iter cæteras criminationes illud cōfinxit: ab eo nebulas coli: & Atheniēsū religiōes detra-  
 ctari & præter hæc iuuenū mētes sicibuere: ut parētibus manus inferre pie & officiose posset: q̄ res: accusanti-  
 bus Anito Licōe & Melito: ut Plato i Apologia p socrate scribit cū uniuersū populū in Socrate cōcitasset: fu-  
 rore quodā & ira morte dānatus ē. de hoc Diuus Augustinus: Valerius: Solinus: Laertius: Diogenes: Hora-  
 Pythagorā: anytiq̄ reū doctūq̄ Platona. Quo fretus: qua re: qua uirtute cōfusus. Illud respexit: quia Agrip-  
 pinæ matris: Senecæ & Buri consiliis oia primis iperij diebus administrasset. Dic hoc magni pupille periclis  
 interrogatio est contumeliæ & reprehensionis plena: Pupille pericli: Alcibiades atheniēs Clinia filius fu-  
 it: quo ut Probus Aemeli⁹ ē auctor nihil excellentius fuit: uel in uitiis uel in uirtutibus. Imperator fuit sū-  
 mus & mari & terra: Disertus: ut Nemo ei dicēdo resistere posset: Eius post iteritū patris: Periclē & Arip-  
 hōne tutores fuisse relictos scribit Plutarchus: uiros ea tēpestate præclaros: & magna cū Clinia ppinquitate cō-  
 iūctos: Periclē at Alcibiadis patrū fuisse scribit Trogus Pom. Aemilius uero uiticū. Magni picli: nouies  
 enī hostes supauit. Inter cætera egregia opa nono mēse. Sāios Ionū primos & potētissimos deuicit: urbis me-  
 nia deiecit. Hinc ortus ē Pythagoras: nō at ex Samo q̄ Zazyntho & Dulychio pxiā ē. Pupille: alludit ad histo-  
 ria. Nā Neronē. Poppea: ut scribit Tacitus cū sibi matrimoniū & diffidiū Octauia Incolumi Agrippia haud  
 speraret: crebris criminationibus aliquando p facetias icusabat principē: & pupillū uocabat: q̄ iussis alienis ob-  
 noxius nō mō iperij: sed libertatis et idigeret. Hoc me iuenisse glorior: ut multa alia i toto ope. Scilicet inge-  
 niū: hæc decē carmina seqntia cū ironia legēda sūt. Scilicet: cū ironia dī. ut alibi: Scilicet hæc populo. Teren-  
 Id populus curat scilicet: Velos: qa ante legitimū tēpus iperiu occupauit. Ante pilos: ante pubertatē. nam  
 ut recitauimus ex sententia Taciti Vix septemdecim natus annos Nero imperium accepit: Ergo ubi cōmo-  
 ta: Sensus est: Ergo cum ea prudentia sis: non mirū est si plæbem in seditionē concitatam grauitate manus  
 coercere sis: quasi dicat principi non satis esse posse imperari: nisi eum comitetur sapiētia. Feruet: æstuat se-  
 ditionibus. Fert animus: id est dat. Maiestate: grauitate. Nam manu sublata sæpe silentium inducit a su-  
 perioribus. Quid deinde loquere? Illud docet denique necessarium esse principem esse sapiētē & regē peri-  
 tum. Vnde Plato solebat appellare eas respublicas felices. quibus contigisset habere principes sapientes. Re-  
 spexit autem poeta ad id quod in urbe a senioribus dicebatur. Neronem primū ex iis qui regē potiri essent  
 alienæ facundiæ eguisse. Nam ei Seneca orationes componebat: cum alii imperatores ante Neronem summa

*Handwritten note:* ut per legationem

*Handwritten note:* ut per legationem

*Handwritten note:* ut per legationem

*Handwritten note:* ut per legationem

*Large handwritten note at the bottom of the page, likely a commentary or correction.*

fuisse facundia & eloquentia. Quirites: hinc innuit poeta: quod nos iam diximus Neronem a se repræhendi cum iam satyrico more atheniēsis ommissis ad romāos cōuertat. Hoc iustū puto: non illud male: oratorie agit: ea pte generis deliberatiui utit: quæ suasio dicit. Rectius illud: magnæ prudētiæ est ex multis quæ iusta & recta esse videntur: quod optimū cognoscere.

BARTOLOMEVS FONCIVS.



Em populi tractas. Adolescentē ābitiosū repræhēdit: q̄ cū libidinosus & mollis eēt: introrsū turpis & pelle decorus. r. p. gubernare ante maturos annos studeret. Barbatū magistrū. barbati pro studio viris & philosophis capiūt. Iuue. Barbatos licet admoneas mille inde magiōs: Sorbitio tollit quē dira cicutæ. Socrates Atheniensis philosophus Sophoronisci & Phaneretæ filius accusante. Anyto capitis dānatus sorbitionē cicutæ hausit quæ: ut Pli. vi. & xx. lib. refert. uenenum est publica athenensium pœna inuisa qd' & Iuue. de athenis ostēdit. Nil præter gelidas ausæ cōferi cicutas. Est uero cicutā herba caule uiridi altiore sæpe binis cubitis in cacuminibusq; ramoso: foliis coriandri tenuioribus: graui odora

tu: semine aniso crassiore: radice concaua nullius usus: nā femini tantū & foliis refrigeratoria est uis: Magni pupille pericli: Alcibiades: ut Plu. afferit arcto gradu p̄pinqtatis pericli cōiūctus erat: sub cuius tutela mortuo Clinia patre fuit. Scilicet ingeniū: scilicet cū derisū p̄nunciandū est. Ostēdit. n. rex agenda: scientia āte āno: maturitatē non accedere: Velox: quæ profecto uelox esset si tibi inueni inesset Prudentia. n. longo tēpore interuallo plurimæ rex usu & experientia gignitur. Ergo ubi cōmota: quando populum cōmotū atq; iratum inspicias oratione tua sedare cupies: Maiestate māus: manu ānuimus cū populo significamus ut si leat atq; orare uolentes audiat. Quirites: & si quēdā ueluti Socratem Atheniēsem ad Alcibiadē loquentem induxit tamen cū de romanorū iuuenū ambitione libidine mollitiēq; loquat iure quirites pro Atheniēsiō noiauit. Hoc puta: Prisciano auctore xv. lib. puta legendū est qd' quidē aduerbiū esse uolūt: atq; ideo. a. Persi um corripuisse: cum ita & puta corripiantur.

IOANNES BRITANNICVS.

Scis etenim iustum gemina suspendere lance

Ancipitis libræ uerum discernis ubi inter

Curua subit: uel cum fallit pede regula uaro

Et potis es nigrū uitio præfigere thita

Quin tu igitur sūma nequicquā pelle decorus

Ante diem blando caudam iactare popello

Definis anticyras melior sorbere meracas

Quo tibi sūma boni est: uncta uixisse patella

Semper: & assiduo curata cuticula sole.

Scis etenim iustū. g. s. l. p̄seuerat i ironia. Sēsus. n. est Nō mix qd' ē si bonū a malo discerni noris cū ea quæ ambigui iudicii sūt ita p̄sitare & tecū cognoscere didiceris: ut nihil te decipere possit. Metaphora sūpta a libripēde: q̄ pōderosissima quæq; examine bilancis cognoscit. Ancipitis libræ: ambigua. ut nescias i quā partē magis decurrat: ex quo libripēdis sollertia depræhendit: cū ex re ambigua & incerta rectū iudiciū sumat. Rectū discernis tibi iter curua subit cognoscis inquit qd' rectū sit: & qd' contrariū perstat i metaphora. æmulatio. ē horatiana. Scilicet ut possē curuo dignoscere rectū: Curua opponunt rectis. Regula. i. hasta libræ. Pede uaro. i. lingua flexa & recurua: Lingua enim siue examen bilancis tāquā pes ē in libra: quo fit plærūq; ut cū lingua bilancis torta sit & eā sequamur in rex p̄satione decipiamur: per quod ostēdit Persius eū magni ingenii & prudētiæ esse: q̄ falsa admixta ueris nouis discernere. Et potis es. n. u. p. th. id est tāte prudētiæ es & cōsiliū: ut recto iudicio possis noxios p̄meritis dānāi.

Vitio: homini uitioso. Thita nigrū: hoc est mortiferum. nam mortis erat signū thita per quod significatur thanatos. i. mors. Cum enim iudices de alicuius capite sententiam laturi essent: uniuersi in cistam tabulas sive mul coniciebant suas: easque isculptas litteras habētes absolutionis: condemnationis: & ampliacionis: thita condemnationis signū erat: quod ostēdit Martialis. Nosti mortificerum prætoris castrice signū. Est operæ pretium discernere thita nouum. Absolutionis auctore A sconiō capa littera: per quam litterā aliqui interpretatur calō. i. bonū. Ampliacionis. n. l. quod significat non linquere. Quin tu igitur sūma. attende fremitū & indignationem poetæ. Sensus est cur igitur tu qui per atatem immaturam & rerum imperitiā ignoras quid agendū quidue dicendū sit: summam imperii romani non deponis? Quin: uox est increpantis: ut Virgilius tu aliquid saltem potius quorum indiget usus. coniungiturque semper cum indicatiuo. Summa pelle decorus speciosus ueste triumphali ad historiam respexit: nam ut Cornelius Tacitus scribit: decretū fuit Claudio Cæsare adulationibus senatus cedente: ut uicesimo atatis anno consulatū Nero iniret: atque interim de signatus proconsulare imperium extra urbem haberet: ac princeps iuuetutis appellaretur. Itaque ludicro circensium quod acquirendis uulgi studiis edebatur Britannicus i prætexta. Nero triumphali in ueste tras uesti sunt: ut spectaret populus hunc decore imperatorio: illum pueri habitu. Occupato igit imperio apud senatum hoc celebratum est in assentationem Nerouis: ut ei supplicationes decernerentur: & diebus supplicationū triumphali ueste indutus per urbem ueheretur. Ergo sūma pelle id est ueste triūphali & decoro imperatorio: æmulatio ē Horatii: Introrsum turpem: speciosum pelle decora. Nequicquam frustra. Virgilius: sed quid ego hæc autem nequicquam i grata reuoluo? alias autem non. ut alibi Persius. Nequicquam sūdo suspiret nummus in imo. Ante diem: ante tempus & atatem maturam. Iactare caudam: ostentatione decoris imperatorii fauorem & gratiam populi quærere: tractū est a canibus qui blandientes caudā mouent.

Anticyras: heleborum quo hominis insania & mali humores emendantur: & ad ingeniū acuendū ualet ut supra diximus. samebatur autem tutissime in anticyra: quo ut scribit Pli. Liuius Drusus nauigauit: cum

Thita nigrum,

Quin

Nequicquam

Anticyra

comitali morbo laborare: sumptoque heleboro liberatus est. Horatius: Nescio an antycira ratio illis destitit omnem. Antycira autem insula quae olim ciparissus dicebat: ut scribit Pausanias: sed mutato nomine antycira ab Anticyro Herculis socio appellata est. Meracas: simplices & puras: nullo temperamento admixtas a me ro quod antiqui solum dixerunt Imitatio est Horatii. Expulit heleboro morbum bilemque meraco. Quo tibi summa boni? Eum tantum abesse ostendit a uera uirtutum cognitione: & recta rerum publicarum administratione. ut interrogatus quod summum in humanis putet bonum: uoluptatem respondeat. Quo tibi summa boni: interrogatio contumeliae plena: quae quidem eo tendit: ut eum arguat uirtutem penitus ignorare.

Quo tibi summa boni: quod est summum bonum tibi in quo putas summum bonum consistere. quaestio subtilis & a philosophis multum disputata. Vincta uixisse patella: responsio eum indignum esse arguit quae publica negocia curet cum praetermissa. Virtutis mentione laute uiuere summum bonum appellet. Quae sententia Epicureis probatur. Vincta patella: cibis luxuriosis & delicatis: Semper: continuationem significat. Assiduo curata cuticula sole: suorum temporum mores notat: nam antiqui & praecipue imbecilles stomacho ante cibum exercebantur: eam exercitationem: ut Celsus scribit recte sequebatur modo unctio uel in sole uel ad ignem: modo balneum. Descendebant enim in solium: tum multo oleo ungebantur: leniterque perfricabantur. unde Horatius. Vngor oliuo. & Persius infra. At si unctus cesses & figas in cute solem. Iuuenalis. Vestra bibit uernum contracta cuticula solem. Curata: mollitiem muliebrem notat in uiris.

BAR. FON. Scis etenim iustum: A trutina translatio cum aliquid perpenditur: facta est. Rectum discernis nostri etiam rectum ab intorto dignoscere: quod a fabris & architectis assumptum est. Et potis es nigrum uitio praefigere theta: & tantum auctoritate ac eloquentia uales: ut possis populo ac iudicibus persuadere aliquem ut uitiosum interimant Nigrum theta Tau T & theta graecorum litterae sunt: sed Tau absolutionis signum & salutaris nota est: ut in ezechiele legitur. Et signa Tau super frontes uirorum gementium. Theta uero damnationis & mortis: Mart. Nosti mortiferum quatuor castrice signum. Est opere praecium discere theta nouum. Quin igitur: cuncta a me superius narrata sunt facere nequeas: & extrinsecus comptus atque decorus: intrinsecus uero turpis & malus sis: cur non re publica gubernare ante maturum tempus desistis? Caudam iactare. Blandiri & adulari quod a canibus tractum est. Blado popello. Vel populo quod semper ditioribus & potentioribus blanditur. uel cui ebladiendum sit in suffragiis & magistratibus demandandis. Anticyras melior sorbere meracas. Aptiores helebori puris: & simplicibus potionibus insaniam tuam purgare: quae per summam ambitionem ante tempus temeritati populi te subiicere: Antycira uero pro helleboro posuit quoniam in antycira maxime sumeret. Heleborum enim. ut Strabo uolumine ix. scribit: quis in multis nascatur locis: tamen circa urbem antyciram in phocide optime preparatur: quo frequentes olim aduenae purgationis causa nauigabant. Hora. nauiget antycira. Quae tibi summa boni? Interrogat qua in re summum suum bonum reponat. Vincta uixisse patella putat sine lauto paratu uiuere: corpusque bene curare summum hominis bonum esse. Atque haec perinde ac si adolescens ita dixisset: ponit.

IOANNES BRITANNICVS: Expectata: distinguere: ut sit sensus. certe si uolueris expectare & animi audire: inuenies eam non aliter interrogatam respondere: ex quo ostendit eum non minus insanum esse quam anum decrepitanum. anum enim est delirare. Haec anus: satis lepide fingit poeta anum transire. In nunc cum indignatione & irrisione pronuncianda. sensus est. gloriare nunc te uirum esse nobilem & prudentem: cum in uoluptatem summum bonum commiseras: sicque philosophice poeta declarat generis nobilitatem homini sapientiam non ingerere.

Dinomaches ego sum: callide poeta reprehensionem conuertit in Alcibiadem: ne in principem inuehi uideatur. nam ad historiam alludit. Alcibiades enim genus patrum ut scribit Plutarchus ab Aiace: matrem uero ab Almeonide quem ex Dinomacha genitum aiunt: originem traxisse ferunt. Ait igitur poeta: dic nunc te esse nobilem: quia inter maiores tuos Dinomacha connumeratur. Dinomachus autem interpretatur fortis in pugna. Dinos. n. graece: fortis latine. machi uero pugna. Sicque subsannat Neronem: eius amentiam arguens qui in maiorum nobilitate afferebatur: cum a Caesaribus genus suum duceret. Suffla. Gloriare: intumesce: afferre tua nobilitate. & animi prestantia. Sum Candidus. Sum pulcher. Hoc ad animum retulit. i. Sapiens sum animi. Hoc enim gloriatur. Esto. Concedo quidem te nobilem & prudentem esse: sed ita ut Baucis sapientia te non sit inferior: cum ita respondeas. Pannutia: proprium est anibus pannutias esse. Unde Terentius in andria. Suffarcinatam Cantaram. Baucis: ad eam alludit: de qua Ouidius in metamorphosi. Cum bene discincto cantauerit ocyma uernae Vetulae Paupes Inopia coactae ad res uiles uendendas se commiserunt: ut eo questu uiuant: Baucis ergo inducit pro omni uetula uedente herbas odoratas in foro olitorio. Cum bene cantauerit. Idest elata uoce uendiderit. nam cantare est alta uoce loqui: Vt alibi. Me moueat quippe & cantet si nanfragus. Ocyma. Ocymum: herba est odorata hortensis: dicta ab ocys: quod est cito: nam celeriter crescit: id grauius Crypsippus increpuit inutile esse dicens stomacho: Urinae: oculorum quoque claritati. Praeterea insaniam facere: & Letargicos & iocinoris uitia: ideoque capras id aspernari: quidam adiciunt tritum si operiatur lapide: scorpionem gignere. Commanducatum & in sole positum: uermes afferre. Alii uero: si eo die feriat

Expectata haud aliud respondeat hec an. i. nunc  
Dinomaches ego sum: suffla: dum candidus: esto  
Dum ne deterius sapiat pannutia baucis:  
Cum bene discincto cantauerit ocyma uernae.  
Ut nemo in sese tentet descendere nemo  
Sed praecedenti spectatur mantica tergo

quod nescit se quod nescit  
vixisse laborare per  
und in hunc finem  
bonitatem uolens  
si uixisse laborare

prope  
nunc nunc quod quod  
in sum prope  
und in uixisse et  
und in prope  
prope prope prope  
prope prope prope  
prope prope prope  
prope prope prope

dinomaches

Ocymum

Antycira



quispiam a scorpione: qui ederet ocymum: sanari nō posse. Ocymum etiam genus pabuli similiter a græco  
uerbo ocys quod ualet cito: Hoc amplius (ut scribit Varro) dictum ocymum quod citat aluū bubus: & ideo  
iis datur ut purgentur. Vernæ. Appellarunt Antiqui uernas ex ancillis Romanorum cuiū uere natos: qđ Vernæ  
tempus anni maxime naturalis focturæ est. Discincto: intemperanti: dissoluto: Alibi Persius. Nō pudet ad  
morem discincti uiuere nactæ. Martialis: uernaculorum dicta. Horati: uernasque procaces posco libatis da  
pibus. Ut nemo in se se tentet descendere nemo. Haftenus in neronem inuectus ē: Nunc uero eos satyrica  
indignatione infectatur: qui in alios dicere & aliena uitia cognoscere gaudent: cum de seipſiis nihil quærāt  
In eos ita insurgit Horatius. Cum tua peruideas oculis mala lippus i uictis. Cur in amicorum uitis tā cer  
nis acutū. Quam Aquilia aut Serpens epidaurius? Ut nemo. Eclipsis Subaudis dignumne putas: Vel un  
de est: aut aliquid tale non interrogantis est: sed irascentis & admittantis. In se se tenet descendere. Ad uitia  
sua pnoscendā. Sed præcedenti aspectatur mantica tergo. Hoc aut sumptū ē: Auctore Acron ex Aesopo  
Fabulatore qui unumquenque scribit duos sacculos plenos uitis secum ferre: & in eo qui ante pectus pē  
det aliena uitia esse: in eo uero qui a tergo nostra Ex quo euenit: ut nostra non uideamus: sed q sequat con  
spiciat: Vnde Horatius. Dixerit insanum qui me totidem audiet: atque Respicere ignoto discet pendentia  
tergo: Hinc igitur indignatur Poetæ: neminem esse qui uitia sua cognoscat: sed aliena semper culpet. Mantica  
ca: sacculus scorteus ad sarcinulas ferendas accommodatus: Lucilius. Mantica canterii costas grauitate preme  
bat. Horatius. Mantica cui lumbos onere ulceret: atque eques armos.

BAR. FON. Expecta. Indignatū discedentēq; iuuenem remoratur. I. nūc: Postq̄ eum admonuit: pretereun  
tem aniculā nō aliter respōsurā fuisse: ei potestātē eundi facit. Dinomaches ego sum: subiratus Alcibiades:  
quod eū socrates illi aniculæ comparit: se a Dinomache clarissima scemina multū ab anu illa dissimili gen  
ducere: ac p̄pterea se nobilē eē magna cū indignatione p̄nunciat. A Dinomache uero maternū gen<sup>o</sup> Alcibia  
di. Plu. auctore fuit. Suffla separatim legendū ē: qđ a uentosoq; hominū cōsuetudine sūptū ē: qui buccas in  
flare spiritūq; emittere supbientes solēt. Sū candidus: se quoq; a pulchritudinē cōmēdat. Esto cōcedat te ge  
nerosū formosūq; esse dūmodo baucis iterrogata qua i re sēmū bonū eē existimet: deterius te nō respōdeat  
q̄ illud i bonis tantū fortunæ ac corporis posuisti. Nō desunt q̄ aliter ordinēt I nūc. o alcibiades & extolle  
ac iacta te: qđ & a Dinomache genus trahas & formosus sis. Baucis: Inopis atq; ignobilis sceminae nomen  
est: quā pannutiā uilibus pānis idutā uocat. Discincto uernæ desidi ac luxurioso. Vernæ autē ex ancilla do  
mi nostræ geniti serui sunt a uere denominati: quoniā id anni tēpus focturæ: ut ait Festus: maxime cōuenit

Gantauerit: uel alta & clara uoce: ut moris ē ollera p urbē uedētiū exclamarit: uel ut bene uēdat laudauerit  
Horatius laudat uenales qui uult extrudere merces. Ocyma: Ocymū herba hortensis est quod cito nascat  
dictū ut Varro scribit Ocys enim græce: cito latine significat. Discinctorum autem & mollium uirorum est:  
eiusmodi bene olentes herbas manu gestare. Ut nemo in sese tentat descendere: nemo cum admiratione le  
gendū est: meminē sua nitia reputare: cū aliena diligentius perscrutetur. In dictione autem nemo: cōdupli  
catione utitur: ad maiorem admirationem affectusque sui expressionem in legentium animis imprimendam  
Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Sed aliorum semper uitia cernimus. Ab aesopo scribitur duas mā  
ticas homines habere: unamque præ se: alteram post se ferre. Aliorum uitia in anteriorem immittimus: At  
que ideo aliena facilius. cernimus. Nostra uero in posteriore mantica reponentes: ea inspicere negligimus.  
Catullus: sed nō uidemus mantica quod i tergo est. Itē Horatius i sermonibus. Respicere ignoto discet pē  
dentia tergo. Est autē mantica nummorum receptaculum: ut Aconius uerrinā refert: quæ tamen pro pera in  
terdum Prophirione auctore ponitur.

Quæsieris nostin uestidi prædia: cuius  
Diues arat curibus: q̄tū non miluus oberret  
Hunc ais: hūc: diis iratis: genioque sinistro  
Qui quadoque iugū ptula ad copita figit  
Seniolarē ueteris metuens deradere limum  
Ingemit hoc bene sit tūscatū cū sale mordens  
Cepe: & faratam pueris paludentibus ollam  
Pannosam fecem morientis sorbet aceti  
At si unctus cesses: & figas in cute solem  
Est prope te ignotus cubito qui tāgat & acre  
Despuat i mores: penēque: arcanaque lumbi  
Runcantē: populo marcentes pādere uuluas.

IOAN. BRI Quæsieris: nostin uestidi prædia.  
Malitiā hominū exprimit: quibus sūma semper est  
uoluptas alienos mores notare. Quæsieris. Sectū  
dā personā pro tertia posuit. i. aliquis quæsierit for  
te. Nostin? pro nosti ne. Vestidi, prædia. Vestidi  
um posuit pro uiro diuite. Cuius: Interrogatio i  
terrogati. Diues arat Curibus. Subaudi illius quī  
uerba sunt iterrogatis. Curib<sup>o</sup>. Cures urbs quōdā  
Sabinorū i signis nunc aut uiculus. Hinc quirites ut  
dixius appellant. Oberret. Volādo circueat. Ob.  
n. alias ponit pro circū: ut cū dicimus urbem obſi  
deri obullari obſignare: alias inuicē præpositiōis q̄  
ē pp ut ob merita: ob supatos hostes: uide obſides  
pro obſides: q̄ ob patriæ præſtādā fidē dant: alias p  
ad ut Ennius: ob romā noctu legiōes ducere cepit  
hoc imitatus est luuenalis. Tot miluos itra tua pa  
scua lassos. Hunc ais? interrogatio interrogati.

Hunc uerbum interrogantis: qui more malignitatis humanæ ad aliena uitia noranda fertur. Diis iratis:  
aduersis: quia auare & perparce uiuat. Genioque sinistro: is sinistro genio uiuere dicitur: qui naturam su  
am duriter uiuendo defraudat: unde contra: is dicitur genio indulgere qui uoluptat operā dat: ut alibi: In

Vernæ  
Mantica  
Cures  
ob  
Cures  
ob  
Cures  
ob

indulgere  
genio

copitalia

Seria

dulge genio. Virgilius: Et genialis hyemps. i. uoluptuosa. Qui qdoq; iugū ptusa ad cōpita figit: Sēsus ē: hic qdē cū festa compital ū: uenerint quibus maxime rustici lautiorib<sup>9</sup> cib is uti solēt: nō audet uinū qd iam diu seruauit attingere: sed acētū tantū bibit: & cepas comedit: ordo est. Hūc dico q diis iratis & genio sinistro ingemit metuēs deradere limū ueteris feriolarē qdo figit iugū ad cōpita ptusa. Quādoq; q uacat: ut sit quotiēs figit. Ad cōpita: rustici finitis sationibus icōpitis: ibi aratris suspēis sacrificia celebrabāt magna animoꝝ relaxatione: eos ludos magistri uicoꝝ: ut scribit A sconius facere cōsueuerūt: is autē dies annalis nō statut<sup>9</sup> erat: attribut<sup>9</sup>: ut Varro tradit laribus: quotānis is dies cōcipiebat: cōpita autē dicta q ubi uia cōpetunt tunc ī cōpitis sacrificatur. Pertusa: trita & conculcata. Figit: suspēdet. Seriolā: diminutiū est a feria: genus est uas terrei. Terētius. Serias omnes releui. Deradere limū: aut picē: aut gypsum: quo uasa uinaria obturabantur. Ingemit: ob auaritiā. Hoc bene sit: prouerbiū apud antiquos: sicut & dii bene uertant: sic enī dicūt qui ueluti rem magnā & inusitatā aggressuri sunt: ergo & auarus ueluti rem magni sumptus cenaturus hoc dicit. Et farratā ollā: id est pulcem ex farre: primus enim auctore Plinio fuit antiquis latio cibus: nā pulce & non pane longo tempore romanos uixisse manifestū est: quoniam inde & pulmentaria hodie quoque dicuntur: & Ennius antiquissimus uates obsidionis famem describens: offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat: & sacra prisca atque natalium pulce fritilla conficiuntur. Pueris: aut filiis aut seruis: Plaudentibus: hinc hominis auaritiā ostendit: cum farre tantum & cepis & aceto contenti sint pueris: ex quo apparet alias auarius uiuere: morientis aceti: languidi non mordacis. At si unctus cesses: pseuerat exprimere iniquitatem hominū uitia aliena culpantium: Sensus est. Si inquit aliq̄s oleo ungat stans ad solē non deest: qui statim illum subsannans cubito te tangat. Si cesses: ociosus fueris: pro si quis cesset ut supra: quāsieris pro quāsierit. Et figas in cute solem: antiqui ut diximus ante cibum exercebantur: eam exercitationem auctore Celso recte sequebatur modo unctio uel in sole uel ad ignem modo balneum: descendebāt enim ī solium: tum multo oleo ungebantur: leniterque perfricabantur. Est prope te ignotus cubito qui tāgat: hinc apparet homines ad aliena uitia cognoscenda ualde promptos esse: æmulatio est Horatiana. Non ne uides aliquis cubito stantem prope tangens inquier. Tangat cubito: modus est latenter ostendētis quē probet peccare. Et acre despuat in mores: tanquā in contemptū rei turpis: tractum ab iis qui ex olfactu rei putidæ expuunt: Tibullus. Hunc puer hunc iuuenis turba circūterit arcta: Despuat in molles & sibi quisque sinus. Penemque: satyrica urbanitate dum eos repræhendit: qui aliena uitia subsannant: suorum temporum mores notat: illos percutiens qui obscene turpissimeq; uiuunt. In mores: in uitia. Penemq;: hæc cum superioribus coniunguntur ut sit sensus: si tibi ex inguinibus euulseris pilos aderit qui te contēnat: repetit igitur est qui despuat: ut sit ordo: est qui despuat in runcantem penem & arcana lumbi. Runcantem: metaphora sumpta ab agris qui runcari dicuntur: hoc etiam Martialis uitium notat: Cum depilatos creste coleos portes: & uulturino mentulam parem colo: Et prostitutis leuius caput culis: Iuuenalis. Si tenerū attritus catinensi pumice lumbum: squalentes traducit auos. Penem: penis a pendendo dicitur: nam penē auctore. Festo caudam uocabant: unde offam porcina cum cauda offam penitam dicebant. Arcanaq; lumbi: id est pudibundas corporis partes. Populo marcentes pandere uuluas: cinædos & molles describit: q muliebria patiuntur. pandere: aut uerbum pro participio est id est pandentem: aut sic intellige: Runcantem pandere uuluas id est runcantem & depillantem podicem: ut eum pandat & præbeat multitudini: & hæc melior ē expositio. Vuluas marcentes: id est podicem in quo ea fiunt quæ in uuluis. Vuluas: uulua a poetis crebro p genitali parte muliebri usurpat: Cum proprie uulua illud sit in utero mulieris quo infantes gestantur. Cornelii Celsi uerba subscribere placuit. Si infans in uulua decessit: quo facilius eiiciat. Cui ita astipulatur. plinius. Boues grauidas negant præterquam dextero uulua sinu ferræ: etiam cum geminos ferant: uulua etiā pro ea parte accipitur a Martiale: quæ circa ubera porcæ est: quæ est optimi saporis: Te fortasse magis capi et de uirgine porca: Me materna graui de sue uulua capit: ea ut scribit plinius enecto partu melior est q̄ edito. Eiecticia uocatur illa: hæc porcaria: primiparæ suis optima: eadem etiam sumē appellatur.

BAR.FON. Quæsieris Exemplo probat neminem uitia sua inspicere: cum aliena linceis oculis plane cernat. Dicit enī si quæsieris ab aliquo an Vectidiū norit: statim ut ille se eum cognoscere dixerit: eū auaritiæ argues. Cuius Eius qui interrogatur an Vectidium nouerit responsum est: quærentis quē Vectidium dicat. plures enim eodem nomine uocabantur. Diues arat: respondet interrogator eum se uectidium dicere qui multa prædia curribus arat. Quantum non miluus oberrat qui tot agri iugera in sabinis arat: quot miluus non circumuolet. Iuuenalis: Tot miluos itra tua pascua lassos. Hunc ais: Interrogati respōsio. Ais ne hunc Vectidium quasi ostendat se eū probe cognoscere: hunc dis iratis: qui primū de uectidio quærerere cœperat: hæc omnia quæ sequuntur de eo enumerat. Hunc Eclipsis figura est. Dico enim uerbum extrisecus est. Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit: qui ita auarus est: ut arando etiam in compitis aratrum figat atq; aliquam partem attritæ uia aratione comminuat. Sunt qui ad cōpitalia referentes dicant: eū ita auarū esse: ut cū cōpitalia sacra fierent: cæteris feriatis ipse antequam ad sacra pergeret: terram araret: atque subinde cum bobus & aratro ad sacrificium post orationem accederet. Pertusa cōpita. Frequentia hominum pedibus attrita sunt enim compita loca: in quæ multæ uia competant. Seriolæ ueterem metuēs deradere limum: summa hominis auaritiā maximo artificio uerborū expressit. Ostendit enim eum non aude re ne paruum quidem uini cadum replere: quod multos aunos ob auaritiā in cellario seruauit. Veterem limum: uasa: uel argilla: quam nunc limum appellat uel pice uel rasina uel gypso obturabantur.

Ad uisus diuolus

TUNCO  
penis

Vulua

eiecticia porcaria

compita

Hoc bene fit. Verba hæc tanquã a uestiduo dicta ponunt. Nã cū ueteris uini eadū regypsa nō auderet: aliud deterius uinū potans: q̄si p̄ auaritiã ingemiscēs si melius uinū assumeret: deterrimo uino sūpto hoc bene satique dicebat. Tunicatū cepe: q̄d tunicas multas circū se hēt. Ollã farratã. Ollã farre plenã: quo cibo pueri nimis parco uictui assueti: tanquã lauto & opiparo lætabãt. Moriētis aceti: deficientis: acrimonia q̄ carētis: q̄to enim acrius tanto melius acetū est. At si utctus cesses: quemadmodū iquit tu uestidii auaritiã repræhēdisti sic aliquis si mollis desesq̄ fueris te repræhendet. Et figas incute solē fricando enim corpus atque unguentādo ad solem cutis penetratur. Ignotus: quem ipse non uideas cum a tergo prope te sit. Cubito qui tangat aliquem cui uitia tua palam faciat. Et acre despuat in mores: acriter inuehatur in mores tuos. Penemq̄ arcanaq̄ lumbi runcantem. i. uellicantem ac depilantem uirile membrum: & obscenos locos quo glabes & sine pilis circa inguina sis. Runcare aut̄ a rusticis transfuit: cū herbas frugib⁹ noxias auellere atq̄ sarrire significet. Marcentes pandere uuluas. ut pandas ac prebeas uulua uero mulieris tantū est: sed p̄pter coitum satyrica mordacitate cinædi podicem uulua munerã peragentem: uuluam appellauit.

Tu cum maxillis balanatum gausape pectas  
Inguinibus: quare dentosus curgوليو extat:  
Quique palæstritæ licet hæc plātaria uellant  
Elisafque nates labefactent forcipe adunca:  
Non tamen ista filis ullo mansuescit aratro.  
Cædimus: ique uicē præbemus crura sagittis.

IOAN. BRI. Tu cū maxillis balanatū gausape pectas: hæc uerba sunt eorū qui aliena uitia notantes ita dicūt: q̄ ratioe femora & partes pudēdas tonderi iubes: cū barbã proslyxã & ungueto delibutã gestes & nutrias. Sicq̄ poeta obscenos sui tēporis mores carpit. Gausape: pro barba posuit. Imitatio ē. Virgilii qui uestem barbã dixit. Aurea cæsaries ollis atq̄ aurea uestis: unde contra iuestes imberbes dicimus: Virgilius: Tū mihi prima genas uestiebat flore iuuentus. Gausape: genus esse stramenti uil

Iosi idicat Plinius quo in castris utebant. Sic enī scribit: antiquis torus e stramento erat: qualiter nunc etiã i castris gausape: & mox subdit. nã tunica laticlaui in modū gausape texti nūc primū incipit: Ouidius i arte amandi uestē crassiorē ostēdit esse: cū ait: Gausapa si sūpsit gausapa sūpta proba: de iis autem sic scribit Strabo: Loci aut̄ mutinenses: & scutannæ adiacētis fluuio mollia: & longe aliis omnib⁹ præstātiora ferūt uellera: ligures aut̄: & insubres aspera: e quibus magna Italiæ pars domesticis indumenta cōficit: mediocria uero Parauinis e quibus pretiosi tapetes & gausapa texunt: & hoc stragulae uestis genus utrinque uilos eminentes habētis uel una tantū e superficie: bene igitur barbã rem uilosam comparuit. Balanatum: unguento balanino perunctum: nam ut scribit Plinius myrobalanus arbor est unguentis aptam ferens glandem: Idque Troglodytis & Thebaidi & Arabiæ que Iudeam ab Aegypto determinat: commune est: nascens ungueto ut ipso nomine apparet. Nam myros significat unguentum: uala nos glandem: quæ in arabia nascitur i syriaca appellatur: & est candida. Quæ in Thebaide nigra: præfertur illa bonitate olei quod exprimitur. Sed copia Thebaica: inter hæc troglodytica uilissima est: unguentarii autem tantum cortices premunt: medici nucleos tundunt affusa ei⁹ paulatim calida aqua: unguentorum expeditissimum fuit primumque e brio & Balanino oleo Horatius: Et pressa tuis balanus capillis. Curgوليو: pro pene posuit: sumpta translatione a curgulione qui in gulam crescit & inflatur auctore Seruio est autem bestiola frumentis inimica. Dentosus: idest ualde tonsus nam de modo auget. Quinque palæstritæ: irrissio amaritudinis plena perquam & dementiam & turpitudinem ostendit eorum qui partes obscenas corporis glabras tentant reddere cum a natura datum sit: ut euulsi pili renascantur. Palæstritæ: in palestra exercitatis: quasi qui fortiori sint corpore assidua exercitatione. Nam palestra dici potest latine luctatio a palaiō: idest luctor. Plutarchus loquens de Alcibiade qualis esset ludus declarat his uerbis: cum aliquando in palestra cum puero quodam luctaretur: iamque aduersarius eum ad terram deprimeret: uolens Alcibiades ignominiam uitare manum illius dentibus apprehēdit. Virgilius. Pars in gramineis exercent membra palestris: Et alibi. Corporaque agresti nudant prædura palestra. Capitur etiam pro loco ubi exercebantur. sic enim scribit Varro. Nec putant se habere uillam si nō multis uocabulis retineant græcis: quin uocent particulatim loca: Prococonam: palæstram: Apodyterion: Perystilon: Ornytona: peristoreum: Oporothecen. plantaria: pillos & bene. Nam plantaria ea dicuntur: quæ ex saminibus nata cum radicibus & terra propria transferuntur. Virgilius. Viua sua plantaria terræ plantæ uero sunt raptæ ex arboribus. Virgilius. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum. Labefactent: metaphora ab arbore: quæ multis succisa ictibus tandem ad terram propellitur. Forcipe: dicuntur forcipes: q̄ his forma: idest calida capiuntur: nam formum calidum ueteres dixerunt: unde Cato ait: de quodam edificio: æstate frigido: hyeme formo. Ista: cum contemptu dictum est. Filix: pulchra uariatio: nam cum pilos plantaria appellauerit: nunc uero filices nominat: filix autem herba est agris maxime inimica. Cædimus inque uicem præbemus crura sagittis: commune uitium hominum esse ostendit: ut alter alterum notet. Cædimus: ferimus: percutimus: ab eo & præteritum cæcidi: & supinum cæsum. Inque uicem præbemus crura sagittis. Horatius. At tibi contra Euenit inquirant uitia ut tua rursus & illi: sumpta est translatio a sagittariis.

BAR. FON. Tu cum maxillis: turpitudinem eius carpens interrogat cum barbã nutriat: cur inguina uel licet & abradat. moris aut̄ uetere fuit barbã nutrire: cū ante superioris africani tēpora tonsores i urbe non fuerint. Balanatum gausape: Barba unguentata. Balanus enim inter pretiosa unguenta ponit. Horatius: Pressa

farrine  
Balanus  
uestis p̄ barba  
Gausape  
curgوليو  
dentosus  
Palæstra  
plantaria plate  
Forcipes  
filix  
Inquit

*Handwritten marginal note at the top of the page, partially illegible.*

tuis balanus capillis. Gausape uero militare stramentū ē: quod pro lecto i castris sternebat Plinius octauo Antiquis enim torus e stramento erat: qualis nūc etiā i castris gausape: hoc cū uilosū esset: a uilloꝝ pilorūque similitudinē gausape pro barba posuit. Detonsus curgوليو: uia patens i gutture: per quā spiritus attrahit atq; emittit: curgوليو est: A cuius similitudine in obscenis eā partē appellat: quā a pene ad anū ē: p quā a lūbis semen humanū ut p curgوليو spiritus fluit: quidā pro pene i curgوليو uermis formā uel se cōtrahētē uel extendētē accipiūt. Nōnulli anum ab aspectus obscenitate intelligūt. Quinque palestritā: quāuis quotidie te expiles: nō tamen circa i guina glaber eris: quē admodū nec filix ab agro penitus a ratione diuellit. Plantaria: quoniam palāstritā uiri robusti sunt a palāstra & luctatione cognominati: propterea ne ualētibꝰ uiris paulū qd uellendū daret: plātaria p trāslationē p pilis dixit: sunt aut plātaria ipsā plantā nō i arboribus: sed in terra natā quā cū radicibus & terta propria transferunt. Elifas: depilatas & ppolitas: ueni pili euelunt. Quidā elifas legunt: quasi aquā callida madefactas: ut pili facilius uellicent. Forcipe adūca: qua pili ipsi auellunt. Forcipes enī quasi foruicapes dictā sunt q̄si forua: hoc est calida capiunt. Virgiliꝰ octauo. Versant quā tenaci forcipe massa. Forcifes uero sunt quibus incidimus. Gādimus inque uicē prābemus crura sagittis. Et ipsi alios reprehendimus: & nos quoq; inuicem accusationi alioꝝ subiicimur. Inq; uicē: Themis figura est: quā fit quotiens uerbum aliquod simplex uel compositū diuidentes unam uel plures dictiones interponimus: ut septem subiecta trioni.

IOAN. BRI. Viuitur hoc pacto: ut per superiora ostensum ē: id est ut notemus & notemur: & cū indignatione pronunciandū. Sic nouimus: id est ita uerere didicimꝰ. Ilia subter Cæcū uulnus habes: haftenus i aliena uitia cernentes iuectus ē: nunc uero stultitiā gloriosi hominis irridet: qui tam petulantia ostentatione fertur: ut sibi attribui gaudeat quā sua nō sunt: eum monet fugere debet hominū blādas assentationes. Ilia subter Cæcū uulnus habes sed lato baltheus auro protegit: metaphora sūpta a gladiatore qui acceptū uulnus plerunq; dissimulat: & spectatores fallit tamen seipsū decipere nō potest: cū uulneris sentiant dolorē: hoc ergo dicit Poeta nos quoque nostra uitia aliquo dignitatis aut potētiae uelamento celare: ita ut aliis minime nota sint sed nobis tñ nō latere: cū eorū oīno cōscii sumꝰ.

Cæcū uulnus habes. i. occultū: nō oībus notū. Sed lato baltheus auro Protegit: ratio ē uitii latentis: q̄ uidelicet id potētia & nobilitate tegat: nā p baltheū dignitatē militārē designat: Est enī baltheus sigulū militārē. Iuuenalis. Ast illis quos arma tegunt: & baltheus ambit. Sicque poeta ut dictū est eos deridet: q̄ prātextū potentiae cōfidunt malitiā suā posse latere. & gaudēt dissimulata prauitate haberi. uiri boni. Lato auro: pro lati auri. Virgilius. Bina manu lato crispans hastilia ferto. Lato auro: Magnitudinē hoīs exprssit. Ut mauiis da uerba & decipe neruos Si potes: qui uulnus dissimulat alioꝝ aspectus decipere potest: sed uiribus suis dare uerba nō pōt: ū uitii sui cōscius sit: hoc ergo dicit: alios deciperi facile potes occultādo uitii tuū: sed cōscientiā tuā fallere nō licet. Egregiū cū me. u. i. d. n. c. uerba gloriosi hoīs: nō debeo iquit credere & putare me uirū bonū & frugalē: cū populus ita me existimet: q̄si dicat etiā si nō sim. Ex quo stultitiā hoīs oñdit. Tales iprāhendit sic Horat. Sed uereor ne cui de te plusquā tibi credas. Ne u si te populus sanū recteque ualētē. Dicitur occultā febrē sub tēpus edēdi. Dissimules donec manibꝰ tremor incidat unctis: & alibi. Siquis bella tibi terra pugnata mariq; Dicat & his uerbis uacuas pmulceat aures. Te ne magis saluū populus uelit: aut populū tu Seruet i ambiguo cōsulit & tibi & urbi Iuppiter: augusti laudes cognoscere possis. Egregiū dicimus q̄ egregie electus sit. Nō credā: cū interrogatiōe & eo uultu punciāda quo solemus iurato admonitori respōdere. Viso si palles iprobe nūmo: si auaritia laboras: si cinædus es: si grauis scēnator es debitoribꝰ: cur gaudes te uirū bonū & egregiū appellari: hoc ita imitat Iuuenalis. Cur allobrogicis & magna gaudeat ara. Natus i herculeo fabius lare: si cupidus: si Vanus: & euganea quantūuis mollior agna: Si teneꝝ attritus carmē si pumice lumbū: Squallētes traducit auos. Si facis in penē quicqd tibi uenit amare. i. si te cinædū & pati cū prābes. Nam q̄ facit quicquid sibi uendit in penē: is sine dubio prostituere dicit. Venit: uenditur. ab eo quod est ueneo. Amare: quia sēp numero coitū sequitur pœnitentia. Vnde illud fertur dictum. Demostenis de Laide nobilissimo scorto. Tanti non emo pœnitere. Si puteal multa cautus uibice flagellas: si debitoribus grauis es scēnator. Puteal: locus ut scribit Acron Romæ: ad quem conueniebant scēnatores. Porphyrio uero dicit sedem fuisse prātoris prope arcum fabianum: quod Libonis dicebatur: q̄ a Libone illud primum tribunal & subsellia collocata sunt. Vnde Horatius in epistolis. Forū putealque libonis Mandabo ficcis. Idem alibi. Roscius orabat sibi adesses ad puteal cras Ouidius. Si puteal ianūque times celeresq; calendas. Flagellas: grauis es & molestus debitoribꝰ: dum usuras exigis. Ita enim flagellari dicunt operati Vnde Martialis. Et libertinas arca flagellat opes. Puteal: id est debitoribus: nam locum pro persona posuit. Multa uibice: multa & graui usura: in metaphora permansit: ut uibice dixerit quia flagellis prāmiserit. Vi

*Handwritten marginal note on the left side, top section.*

*Handwritten marginal note on the left side, middle section.*

*Handwritten marginal note on the left side, lower middle section.*

*Handwritten marginal note on the left side, bottom section.*

*balticus*

*Puteal*

*Handwritten marginal note on the right side, top section.*

*Handwritten marginal note on the right side, middle section.*

*Handwritten marginal note on the right side, lower middle section.*

*Handwritten marginal note on the right side, bottom section.*

pex signū est quod relinquit scutica: dicta quod ui fiat. Nequicquam populo bibulas donaueris aures: sensus est: frustra cū turpiter uiuas aliorū laudibus delectaberis. Nequicquā: frustra. Donaueris: accomoda ueris. Bibulas: quæ assentionibus ualde delectant. Respue: quod non es: reprehensio est cū indignatione & acri uultu pronuncianda. Monet unicuique fugiendam esse ostentationem: nec assentionibus credendum

Tollat sua munera cerdo: auferat inquit adulator & uulnus laudes ad adulationes suas: cerdo dicitur qui cunque quærit lucrum ex aliqua uili arte: cerdos enim græce lucrū latine: cerdonem posuit pro turba plæbea: quæ nulla ratione ad aliquem laudandum dicitur. Tecū habita: noli cōmitere ut alienæ laudes te auferant: sed tu te ipsum cognosce: & conscientia tuā interroga bonusne sis an malus. Ut noris quod sit tibi curta supellex: id est multa tibi deesse: ut sis uir egregius: sumptum est a rei familiaris tenuitate. BAR.FON. Viuitur hoc pacto: ut alter alterius errores carpat. Sed lato balteus auro protegit: sed hoc tuū scelus ab opibus & diuitiis tegit: quia uero ilia dixit: propterea balteo tegi subiunxit nam balteus ciguli genus cū latū sit: ilia ipsa operit: quæ sub lateribus supra coxēdices sita sunt. Ut mauius da uerba & decipe neruos. Hac tuæ nobilitatis uetositate: decoroq; habitu decipe populū: & qui te intus nō nouerit quantū uelis. Neruos. n. & grauios uiros & qui te intrinsecus noscūt nunquā decipies. Quidnā neruos ueritatē ipsam intelligunt: quæ plurimū habet uiriū & neruorū. Da uerba: dare uerba decipere est: Terentius. Cui uerba dare difficile ē. Egregiū cū me uicinia dicat nō credā. Hac cū asseueratione pronuncianda sunt. Respondet. n. adolescens. Nonne populi iudicio de me credā: si me egregiū esse dicat: Viso si palles: respondētis admonitio ē frustra se quēpiam egregiū esse putare: licet ita iudicetur a uulgo: nisi ab auaritia & libidine peccat. Amarum penē: hoc ideo dictū est quoniam amaritudini semper uenus cōmixta est. Vnde & acidalia cognomē propter curas: solitudinesq; ac amara tedia meruit. Si puteal multa cautus uibice flagelas. Sensus est si grauibus usuris debitores affligis. Dicit. n. si in exigendis pecuniis cautus tam iugitur ad tribunal pretoris accedis debitores accusans eosq; ad solutionē cogens: ut puteal ipsum frequētia & acerbitate tua cedere uidearis: frustra credes populo te egregiū predicanti: nam puteal pretoris tribunal subselliūq; ē. Hora. forū putealq; Libonis mandabo siccis: Respice quod nō es. Omissa ambitione atq; aura populari: uirtutē sequere: teq; ipsum cognosce. Tollat sua munera cerdo suas uulgus auferat laudes: nā cerdones uiles homines sūt lucrū sectantes. Cerdos. n. lucrum significat.

### IOANNES BRITANNICVS.

### Satira quinta.

Atib<sup>9</sup> hic mos ē centū sibi poscere uoces  
Cētū ora & linguas optare i carmine centū  
Fabula seu mœsto ponat hiāda tragedo  
Vulnera seu parthi ducētis ab igne ferrum  
Quorsū hæc: aut q̄ras robusti carminis offas  
Ingeris: ut par sit centeno gutture niti:  
Grāde locuturi nebulas helicone legunto  
Si quibus aut p̄gnes: aut si quib<sup>9</sup> olla thyestæ  
Feruebit sæpe infulso cœnanda glyconi.



Atibus hic mos ē: Ex stoicorū sententia ostēsurus poeta homines aliquo uitio laborātes isanos eē: nec sui potestātē habere: ita satyrā ordit: ut Cornutū quo ad philosophiā discendā usus est magistro: alloquatur optatq; sibi dari eas uires in carmine: quibus amorē suū in Cornutum: quem sibi respondentē introducit: enarrare ualeat. Centū uoces Virgilius. Nō mihi si linguæ centum sint oraque cētum. Fabula seu mœsto. Sensus est poetæ siue carmen tragicū siue heroicū scripturi sint: centum ora & centū uoces sibi dari postulant. Ponatur: scribatur: ut alibi. Nec ponere lucos Artificem. Hiāda: magno spicitiu pronuncianda. Illud respexit: quia tragediæ

aliloquo constat stilo. Mœsto: Tragediarum materiam expressit: iis enim res mœstæ scribuntur. Tragedo: tragedi actores dicuntur tragediarum: tragici uero scriptores. Vulnera seu parthi. i. carmen heroicū quo bella maxime decantari solēt. Vulnera parthi: aut quæ ipse accepit: ut sit æmulatio Horatiana: Aut labentis equo describit uulnera parthi: aut quæ aliis intulit. Ducentis. i. extrahētis ab inguine percusso: aut expressio ē percutientis. Quorsū hæc: subaudi dicis: uerba Cornuti introducti admirantis cur poeta cum satyrā poema quidem humile scribat: optet sibi dari tot linguas. Quantas offas: quantum globū: & carminū coaceruationem: nam offa appellatur omnis res: quæ in tumorem crescit a potu ophelin. i. a tumescendo. Vnde & frustra carnis offas dicimus. Festus pompeius offam porcinam cum cauda: offam penitam dicebant. Iuuenalis. Et patruī similes effunderet offas. plinius item res in unū conuolutas & in modum pilæ collectas offas appellat: ut est illud. Amygdalinum oleum quod aliqui uocant neptū arefactis: & in offam contusis exprimitur. Ingeris: paras: aggregas. Ut par sit: conueniens & æquum sit. Niti: adiuuari. Grande locuturi nebulas helicone le. ab iis inquit finito musas inuocari: qui tragedias & res magnas scripturi sunt. Grande: ut tragedias: quæ res grandes continent. Ouidius in tristinus. Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis. Quæq; grauis debet uerba cothurnus habet. Nebulas: hoc uerbo latenter eos poetas irridet qui musarum inuocatione putant in carmine scribendo adiuuari: ostendens (ut diximus illic. Nec fonte labra) uirtutem homini parari labore & industria: non autem haustu fontium. & musarum inuocatione: cum huiusmodi omnia sint prorsus uana: Per nebulas igitur musas intelligit: quasi rem inanem: & quæ parum proffit. Helicone: mons est boetiæ musis (ut diximus) consecratus a Thracibus. Legunt: colligant: quærent. Olla prognes: tragedia prognes quæ in ultionem Philomelæ sororis suæ

uiber

Cerdo

Dare uerba

Amara penē  
Vnde & acidalia  
propter curas  
solitudinesq;  
ac amara tedia  
meruit.

Cerdo

Am p̄q; ad  
uirtutē q̄ p̄  
uirtutē

Respondet  
n. adolescens  
Nonne populi  
iudicio de me  
credā: si me  
egregiū esse  
dicat: Viso si  
palles: responde  
ntis admonitio  
ē frustra se  
quēpiam egregiū  
esse putare: licet  
ita iudicetur a  
uulgo: nisi ab  
auaritia & libidine  
peccat.

Uu h̄m p̄m p̄m

a Teteo marito stuprare Itym filiū comedendū apposuit. Eundē stylum appellat Catullus. Qualia sub dēis ramorum cecinit umbris Dauias: absumpti fata gemens ityli: nota est fabula. Olla thyestæ: tragœdia: cui nomen est Thyestæ: eam auctore Fabio Varius magna laude scripsit: cui Cornelius astipulando ita scribit. Nec ullus Assinii: aut Nessalæ liber tam illustris est q̄ Medea Ouidii aut Varii Thyestes: eadem tragœdiam scripserūt Seneca: & Cassius ætruscus parmensis: cuius meminit Horat. Atrusci q̄le fuit cassi rapido feruentior anni Ingeniū. Cuius argumentū tale est: Atreus & Thyestes Pelopis & Hippodamiæ filii eo inter se impietatis Venere: ut Thyestes cū Europa fratris uxore concūberet: In cuius sceleris ultionem Atreus Tantaluū eius filiū apposuit epulandū: quod dolens Thyestes consulto oraculo de uindicta accepit posse alio scelere eius facinoris ultorem nasci: si cū Pelopea filia sua concūberet: quod cū fecisset: natus est Aegistus: a quo & Atreus: & Agamemnon e bello Troiano reuersus interempti fuerunt. Olla thyestæ: q̄ ei apposita fuit ab Atreo. Feruebit: scribetur: respexit hoc uerbo feruebit ad fabulam. Nam appositi sūt filii parentibus in cœnis. Cœnanda: agenda: recitanda in scenis. Glyconi: nomen est tragœdi: ut gladiatoris apud Horatium. Et quia desperes inuicti membra glyconis. Bartolomeus Fontius.



**M**A tibus hic mos est. Diuersa hominū studia eē demōstrās Cornutū preceptorē suū philosophia delectari scribit: cui nō nisi q̄ liber sit possit incūbere. Libertatē uero i aīo esse probat. Hiāda moesto tragœdo cū hiatu p̄nunciāda. Mœsto aut̄ dicens ad naturā allusit tragœdie: cui cū luctuosus exitus sit: tragœdus quoq; mestus ac tristis p̄ cōditiōe p̄sone iducit. Ab inguine p̄thi sagittis i p̄lio maxie ualent: quas fugientes iterdū i hostes iaciūt: quoniā uero pharetra ab humeris pendens: coxis lateriq; illudit: Ob id ait ab inguine sagittas educere. Quorsum hæc: interrogat cur centū sibi tota poetæ iuocent: cū ut ait Horatius nisi locus exigat fieri non doceat. Quantas offas: hoc in uitupetationem scribentis dicitur qui nimium & infletur & turgeat. Grande locuturi nebulas helicone legunto: res grandes scripturi nebulas hoc est inflata & inania uerba ex helicone sumentes musas inuocent. Si quibus aut prognes: aut si quibus olla thyeste feruebit. si qui tragœdias de progne atreque describent qui parentibus filios in olla decoctos in cibum apposuerunt. Progne enim Pandionis athenarum regis filia. Thereis thracum regis uxor philomenæ soror fuit: quam cum a Tereō marito suo per uim stupratam cōperisset Itim filium ei comedendum apposuit Atreus uero pelopis filius grauius ferens thyestem fratrem cum Europa uxore sua concubuisse: eius liberos interfecit: decoctosq; epulandos patenti dedit. I sulso cœnanda glyconi: quoniā ollam feruere dixerat in translatione uerborum per stans cœnandam pro recitanda subiunxit. Glico uero tragœdus tempestate Neronis fuit.

IOAN. BRI. Tu neq; anhelati coquit dum massa camino. Folle premis uetos: Cornuti uerba sūt Tu Persi multa cogitando inflatū & turgidum carmen non meditaris: imitatio est Horatii. At tu conclusas hircinis follibus auras Vsq; laborantes dum ferrum molliat ignis. Ut mauius imitare. Premis: concipis: cogitas. Ventos: carmen inflatum & superbum. Folle: idest animo. Coquitur dum massa: dum ferrum igni molliatur idest dum tecū multa reuoluis: & consideras. Camino: fornace idest pectore tuo. Nec clauso murmure raucus. morem altiora meditantium expressit: ut alibi. Murmura cum secum & rabiosa silentia rodunt: Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. Cornicaris: tractum a cornicibus quæ ueluti strangulatam uocem emittunt ut secum garrere uideantur. Inepte: aduerbiū est: nam si uocatiuus esset: contumelia afficeret quem sequentibus uersibus laudat. Intendis: proponis: tractū a sagittariis: qui arcum intendere dicuntur. Scloppo: fictū uerbum a sono & stridore uocis. Buccas: bucca pars est ea oris quæ inflari solet. Horatius. Quin iupiter ambas iratus buccas inflet: ab eo fit buccula quæ pars est galeæ quæ tegit pars anterior oris Iuuenalis. Et buccula pendens Et curtū temone iugum. Verba togæ sequeris: idest non bella scribis: ut tibi opus sit centum linguas exposcere: sed materiā quidem humilem: qualis est satyra. Verba toge: idest paci conuenientia. Nam toga armis opponitur Martialis. Clarum militiæ fronto togæque decus. Cicero Cedant arma togæ. Ascōnius eam cōmunem habitum marium & fœminarum fuisse scribit. Callidus: acutus. Iunctura acri: cōpositione uersum apta & uenusta: Teris: scribis: sumptū est a fabris qui lima terunt metalla. Ore modico nō superbo & turgido. Illuc deniq; spectat: Persium non materiam tam superbam tractare: ut conueniat tot uoces sibi optare. Pallentes radere mores Doctus: & ingenuo culpam defigere: ludo: hinc argumentum satyre ostenditur: quæ ab hominū uitia carpenda emerfit. Hic ergo sensus est: Didicisti quidem Persi uitia hominum insectari. Radere: tangere: & morderere: tractū a medicis qui cultro radere & refecare uulnera solent Persius alibi. Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas? Mores: uitia. pallentes: quod homines conscientia uitiorum expalleant. Defigere: notare. Ingenuo ludo: i. liberali carmine & satyra quadam digna libero homine: non petulanti. Ingenuus dicitur q̄ statim ut natus est: liber est: siue ex duob' igneuis matrimonio constante edit' est: siue ex libertinis duobus: siue ex altero libertino: & altero ingenuo: de hoc

Tu neque anhelati: coquitur dū massa camino  
Folle pr̄eis uetos: nec clauso murmure raucus  
Nescio quid tecū graue cornicaris inepte  
Nec scloppo tumidas intendis rūpere buccas  
Verba togæ sequeris iunctura callidus acri  
Ore teris modico: pallentes radere mores  
Doctus & ingenuo culpam defigere ludo  
Hic trahe quæ dica: mensamq; relique mycēis  
Cū capite & pedibus: plæbeaq; prandia noris

*quod hinc est  
de progno nō est  
no q̄? Cō  
sp̄s  
sua  
a q̄*

prognes  
Thereus

Bucca

Radere

*ingenuus*

lege Iustinianū. Culpā: crimē uitii. Hic trahē q̄ dicis: ex ludo scilicet. i. liberali satyra: ut sit sēsus: Si Scriptu  
rus aliqd es: satyrā rē qdē humilē: & nō tragœdiā opus supbū scribe. Mensā: tragœdiā itellige: q̄ filios parēti  
bus appositos scri. Mycenis: ciuitas ē laconia: Agamēnonis p̄ias: ibi Atreus Thyrestæ fratri filiū apposuit  
epulādū. Plæbeaq; prādia noris. i. materias hūiles: & nō aliloquas & regales: q̄les i tragœdiis scribuntur: ut  
Qui. docet. Et dedūs tragicis scriptū regale cothurnis. Prādia: iō q̄ i tragœdiis appōi filios epulādos i prā  
diis cōstat. BAR.FON. Tu neq; anhelāti: cornutū laudat: q̄ apulositate uitat: i. mediocritatē sūmo tū  
artificio p̄seqtur. qd̄ ex Hora. trāstulit: At tu conclusas hircinis follib' auras: ut mauiis imitare. Scloppo. i. fla  
tis spiritu buccis sonusq; ide emittit: scloppus dicit' Bucca uero ea pars i facie supra nētū ad' oculos ē q̄ spū i  
flāt. Hor. p̄rio sermonū: qd̄ causā ē merito q̄ illis iuppiter ābas iratus buccas iſlet: Ore teris modico Ore mo  
desto limas & corrigis Modicū. n. modestū a mō significat. Pallentes mores. Malos uitia. n. pallorē generat

Hor. in epistolis. Nil cōscire ibi nulla palleſceſ culpa. Radere. Signatis uerbis facilitatē. Cornuti exprimit q̄  
nō grauius cædeſ sed leniter corripet deliq̄ntes. Ingenio culpā defigeſ ludo. Lenitatē p̄facili & liberali ac sua  
ui oratiōe repræhendere. Hic trahē quæ dicas: hæc ad se ipsam poeta loquitur. ut qui tragœdii: turgiditati  
busq; neglectis hæc Cornuti modestiā i satyra describēda ſectari uelit. IOANNES BRITANICVS

Nō equidē hoc studeo: bullatis ut mihi nugis  
Pagina turgelcat dare pondus idonea fumo  
Secreti loquimur: tibi nunc hortante camœna.  
Excutienda damus præcordia: quātaq; nostræ  
Pars tibi sit cornutæ animæ tibi dulcis amicæ.  
Ostendisse iuuat pulla dignoscere cautus.  
Quid solidum crepet: & pictæ tectoria linguæ  
Hinc ego centenas ausim deposcere uoces:  
Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi  
Voce traham pura: totūq; hoc uerba resignent  
Quod latet arcana non enarrabile fibra

Nō equidē hoc stu. bul. ut mi. nu. Pagiatur. Cor  
nuto itroducto r̄idet Persius: docens tot uoces tot  
q̄ liguas optat: nō ut materiā alilo q̄ scribat: sed ut  
amōrē: quo ipm p̄seqtur: oñdat: Bullatis: i. flatis &  
turgidis ductū a bulla q̄ i modū pilæ i aqs tumescit  
Qui. Intūit: sicut fuluo p̄ lucida cælo. Surgere bul  
la solet. Varro i re ru. Hō. bulla ē. Mart. Crassior of  
fēsæ bulla tumescit aquæ. Bulla itē: ut dicit' iſra: or  
namētū ē pueri igēui. Nugis: extēuat poeta uires  
suas ut Mart. Mercari n̄as si te piget urbice nugas  
Et alibi. Tu ne potes dulces iſrate reliq̄re nugas:  
Pagina: pagina dicte: qd̄ in libris suā quæq; obtie  
ant regionē: ut pagi: uel a pagēdo: qd̄ in illis uersis  
pagūt. i. singūt. Dare pōdus ido. fu. hoc dicit. Ego  
res quidē tumidas nō scribo: ut alii quorū scripta in  
cēdio digna adiudicant: cū supbia & loq̄citatē plēa  
sint. unde Mar. Matera ē mihi crede tuis aptissima

carthis Deucalion: uel sinō placet: hic Phaeton. Idonea: cōiuge tū pagina. Pōdus: fomētū & materiā: sic. n.  
fumus ap̄rior fit & pōderosior uel ideo pōdus fumo: q̄ cartha cōbusta a fumo extolli solet: ex quo addit' pō  
dus fumo. Secreti loqm̄ur: separati loqm̄ur. q. d. res nostræ digne nō sūt q̄ i theatrū p̄ferat' recitādæ: nec i p  
patulo sed seorsū potius hñdæ sūt. sicq; a modestia sua bēiuolētia sibi cōciliat: cū scripta domi contineat: nec  
laudis cupiditate ostētet. / Camœna: musa. nā camœnæ a carmibus sūt dictæ: uel qd̄ canāt antiquorū laudes:  
uel qd̄ sint castæ mētis præsidēs. auctor ē Festus. Excutiēda: explicāda examināda. Sūpta ē metaphora a ue  
stib' ex qbus puluis excuti solet. Præcordia uocamus: auctore Pli. uno noie exta i hoie cui Cato i re ru. asti  
pulat' loq̄ns de brassica. Et si lienes turgēt: & cor dolet: & si iecora ut pulmōes: aut præcordia uno uerbo: oia  
sana facit. Ex quo appet: præcordia hæc dici p̄prie. Cornute: Philosophus fuit: ut dixius ſectæ stoicæ magi  
ster Persii: quē Nero auctore Eusebio i exiliū misit āno q̄rto post mortē Persii. Pars aiæ nostræ: amicus di  
midiū ē aiæ nostræ. Hora. Et serues aiæ dimidiū meæ: Pulla. i. explora: & q̄re. Metaphora ē ab iis sūpta q̄ pul  
sādo fictilia explorāt: quorū sōus surdus ē si rimosa sūt: Si uero solida. acut'. Solidū: res solida. i. itegra. Quid  
crepet: quē sonū faciat. tectoria & nō plectoria legēdū ē trāslatio sūpta a parietib': qui & si ueteres sunt tecto  
rio i ducto noui tñ uidēt. Tectoriū. n. ē icrustatio: q̄ calce parietib' fieri solet Pli. Nulla i Apellis tectoriis pictu  
ra erat: nōdū libebat parietes totos pigere. Nomē accepit a tegēdo. Vnde ita scri. Var. Parietes & solū opere  
tectorio marmorato loricādi sūt. i. armādi: & tegēdi: Ergo tectoria. i. tegumēta cū hoies aliud corde tegāt: ali  
ud lingua ostēdāt. Liguae picte adulatricis Hic ego cētenas. Sēsus est. ad hoc mihi cētū uoces optaui: ut q̄ta  
te bēiuolētia cōplectar oñdere tibi possim. Trahā. sūptū a nētibus. Voce pura sincera: & fideli: nō mēdaci: nō  
adulatoria. Verba resignēt: apiāt: Inde dicius litteras resignatas. i. aptas: q̄ significatiōe Pli. us' ē cū ait. Fabi'  
pictor i analib' suis scripsit: matronā: qd̄ loculos i qbus erat clauēs uinariæ cellæ: resignauisset: a suis inedia  
mori coactā. Totūq; hoc uerba. Ordo ē Verba resignēt hoc totū qd̄ lateat arcana fibra nō ē narrabile. Arca  
na fibra: pectore intimo. Arcanū scribit Festus trahi siue ab arce q̄ tutissima pars ē uerbis: siue a genere sacrifi  
cii quod i arce fit ab augurib': adeo remotū a notitia uulgari ut ne litteris qdē mādēt: sed p̄ memoriā succes  
sorū celebret. siue ab arca i qua q̄ clausa sūt tuta manēt: cuius ipsius origo ab arcēdo depēdet. Nō enarrabile  
magnitudinē amoris exprimit. BARTOLOMEVS FONTIVS.

Non equidē hoc studeo. tragœdis ludicris quæ omiſſis: se satyrā scripturū ostēdit: quam ei diligētius emē  
dandam committit. Pullatis nugis. Quoniam in tragœdiis flebiles illustrium personarum exitus contine  
bantur histriones quoque aliqui cum pulla ueste inducebantur Pullū autē nigrum significat Virgilius: uel  
maculis iſuscet uellera pullis. Dare pondus idonea fumo: uel res leues iapta stilli magnitudinē illustrare: uel  
f

12

Bulla

Bulla

Pagina

Camœ  
ne

Præcor  
dia

Cornu  
tus

Tectoriū

resignat  
Arcanū

**Camena** digne q̄ incēdio consumat̄. Hortante camena. ut hanc meā satyrā tibi excutiēdā atq; emendādā prābe-  
rē antiquam ederem. Camenæ uero musæ sunt quasi canenæ a canendo cognominate. Quantaq; nra  
pars tua fit cornute animæ hoc non solū ad amorem sed ad doctrinam etiam refert: cū omnē scientiā suam  
ab eo emanasse profiteat̄. Pulsa dignoscere cautus. Doctus amicū fictū a uero: & peritū ab iperito: pbe dis-  
cernere. Quod translātū ab emptoribus uasorū est: an solida sint pulsatione dinoscentibus. Pictæ tectoria lin-  
guæ. Fucata & dolosā orationē per eandem translationē intelligit. Tectoria enim sūt cū calce: aut gypso parie-  
tes & eiusmodi cetera oblinūtur & læuigant̄ ad maiorē spectātū gratiā & decorē. Hic ego centenas. Ad sin-  
gularem amorem suum erga cornutum significandum: centum ora sibi audere deprecere scribit. Quod su-  
perius in poetis inania scribentibus increpauit: Sinuoso pectore. Amoris gratiæq; capaci. Sinus enī quod  
cūq; inflexus curuitatesq; continet appellatur. Res. g. nent. Aperiānt & denudent. Nam signare signū appo-  
nere & ocludere. Resignare autem aperire significat.

**Sinus** Quum primū pauido custos mihi purpura cessit:  
describit tēpus quo se instituendū Cornuto tradi-  
